PETRI CUNÆI ANIMADVERSIONUM LIBER IN NONNI DIONYSIACA.

In quo quid sit de hujus autoris virtutibus & vitiis habendum, ostenditur.

DANIELIS HEINSII DISSERTATIO

De Nonni Dionysiacis, & ejusdem Paraphrasi.

IOSEPHI SCALIGERI CONIECTANEA.

Ad editionem Plantini & Wecheli.



LUGDUNI BATAVORUM,
Ex officina Ludovici Elzevirii.
cIↃ. IↃ. C X.

14



AD
NOBILISSIMOS ET AMPLISSIMOS VIROS,

D. IOANNEM AB OLDEN-BARNEVELT, Equestris dignitatis, Dominum de Tempel, Berckel, Groenevelt, Roderiis, &c. magnum Hollandiæ Westfrisiæque Advocatum, & Consiliarium principem, magnique sigilli & archivorum Custodem:

&

D. CORNELIVM VANDER MYLEN, *Equestris dignitatis, Principi à consiliis, Academiæ Leidensis Curatorem: & nunc Illustrium Ordinum ad Christianissimum Galliæ Regem Legatum.*

NOBILISSIMI DOMINI,

POSTQVAM in Græcia olim quidam magno & excellenti ingenio viri amplissimis literarum monumētis memoriam nominis sui consecrassent, factum

est deinde, ut posteri ferè omnes ambitione quadam & imitādi studio eandem quoque laudem adfectaverint. ita enim industriam singuli suam amabant, nihil ut antea dictum esset, quod non & rectè à se quoque, & copiose dici posse existimarent. Quare, omissis cæteris rebus, ad hanc scribendi operam omne studium suum curamque converterūt; neque quisquam fuit, qui non aliquod otii sui munus reliquerit, quod publico tereretur usu. Certè in sapientiæ quidem doctrina, post primos illos & præstantissimos magistros, multi ejusdem æmuli rationis, quum multa scriberent, eadem omnino tradere coacti sunt: quorum infinitos libros nullæ nunc bibliothecæ caperent, nisi

nisi fati quædam vis magnam eorum partem absumpsisset. Inter Poëtas verò, qui longè sunt è doctis antiquissimi, ex quo Homerus semel cogitationes suas & somnia scriptis mandavit, propemodũ decimus quisque carmina finxit, & jam immane vitiũ erat nihil hujusmodi extrusisse. Sed tandem magis gliscere cœpit hæc libido, & quasi impudentiæ ludus quidam factus fuit. Nã & pueros pariter, & patres in tricliniis prurigo aliqua hujusmodi incessebat: ac ne inter cœnandum quidem illis defuit, quod dictarent. Hæc quum hunc ad modum perpetuò cogitarem, etsi sciebam, quæ aut inventa à veteribus, aut ab iisdem illustrata erant, omnia à nostris quoque hac ætate &

inveniri posse sapienter, & illustrari accuratè: tamen toties ea, quæ ante jam acta erant, agere, & in iisdem semper rebus vires ac ingeniū conterere, hominum quorundam esse putabam intemperanter abutentium & otio & litteris. Non videbatur tamen tam iniquè nobiscum cōparatum, ut, quia serò nati sumus, idcircò nobis torpore quodam & desidia quiescendum esset. nam & magno animo à plerisque nunc studia illius veræ elegantisque doctrinæ coluntur, & nuper progressio admirabilis, incredibilisque cursus ad omnem excellentiam factus est. Sed quum iis, qui in scribendo operam sumunt, ex duobus alterum animo proponēdum sit, sive ut condant aliquid,
quod

quod ad inventionis laudem refertur, sive ut in aliorum ſcriptis excutiant ſingula, quod ad judicandi pertinet ſubtilitatem: quoniam illud quidem à priſcis omnibus ſic occupatum eſt, ut nulla ejus pars inculta ac deſerta manſerit; quod ſecundum erat, reſtat ut animo liberrimo, nullis certis deſtinatiſque ſententiis addicti, quid ſit in cujuſque ſcriptis maxime probandum, quidque reprehēſione dignum, requiramus. Eſt quidem ſumma majeſtas veterum, magnum nomen, inſignis eminentia, quam & veneramur omnes, & ſuſpicimus; ſed fuerunt nihilo minus etiam inter hos nō pauci, qui ne parum multa ſciviſſe viderentur, ea conquæſiverunt, quæ neque diſponere ipſi, ne-

que illustrare poterãt. Quippe magna mentis cæcitate, quum quædã præclara etiam cuperent, eaque nescirent nec ubi, nec qualia essent, in summa inanitate versabantur, neque ullum veræ gloriæ decus meriti fuerunt. Quare horum errores exagitare, ineptias arguere, ambitionem detegere, primum est quod eruditis seculi nostri hominibus relinquitur. Enimvero neminem nos eximium habere decet, quum nemo illorũ quisquam ad scribendum animum appulerit, quin ita pararet sese, nullius ut judicis acumen metueret. Præclara quędam & prope divina res est hęc judiciorum contentio: sed quam hodie tamen malè damnat conversus pollex imperiti vulgi. tum & in hac ipsâ erudito-

ditorum familiâ ſunt quidam nimium religioſi, qui ea mirātur omnia, quæ tēporibus ſuis jam multò antè defuncta vident. ubiq; enim redeūt ad faſtos, ac virtutem annis æſtimant: & ſi forte aliquod carioſum volumen in manus illorum venerit, defixis oculis ſtatim corpore & animo torpent. Horum judicium ſi mihi pertimeſcendum ſit, conſilium mutabo. ſin eſt, ut ultrò etiam iſtam invidiā depoſcere erectis animis liceat, non committam ut ſperare potius horum favorem, quàm exemplum maximorū quorundam ſequi virorum videar, qui hoc tempore intercluſum hunc libertatis uſum nobis aperiunt, & univerſis quaſi ſignū aliquod erigunt quotidie ad benè de omni li-

teratura ſperandum. Atque aliàs quidem alia dandi locus erit, & fortaſſe majora: nunc mihi pretium operæ videbatur in Nonnum hũc, hominem Ægyptium quidem, ſed tamen Dionyſiacis Græcè à ſe ſcriptis nobilitatum, aliquantiſper cẽſuram exercere. Quum enim jam dudum principes ingenii & doctrinę Angelus Politianus, Marcus Antonius Muretus, ac ferè cæteri omnes nõ aliter de hoc, quàm de ſummo & pręſtantiſſimo ſcriptore ſentirent, contra oſtendẽdum fuit neque tanta rerum cognitione eum abundaſſe, &, ut alia omnia ſuperfuerint, tamen uſum dicendi pariter & imitandi peritiam ei defuiſſe. Quod ſanè non ideo à me factum eſt, ut eorum opinioni adverſarer,

quos

quos ſuperiore ſeculo fama & omnium conſenſus in ſublimi poſuit: ſed quia ſciebam in toto hoc genere non tam auctoritatis, quã rationum momenta quærenda eſſe. Errant enim vehementer, qui id modò habent ratum, quod ab eo, quẽ probant, judicatum vident: & veriſſimum eſt, non itidem hîc, ſicut in comitiis, ſuffragia numerari. Cæterum vobis, NOBILISSIMI DOMINI, hæc, qualiacunque ſint, dicanda cenſui, ut à tanto ſplẽdore veſtro lucem, à tanta magnitudine pondus aliquod acciperẽt. Eſt enim profectò ſumma dignitas veſtra, quæ in omnium ore, & oculis, & animo ſedet Quare quicunque hæc viderit, maxima eſſe putabit, quæ illuſtri iſto titulo circũferuntur.

tur. Ac te quidem ut compellē, amplissime virorum, magnum Batavię columen: es tu ille, de cujus nomine nemo cogitare poterit, quin simul excelsa omnia, ampla, augusta ei occurrant. Virtutes tuæ ubique in pace, & in bello spectatę neque numerari universæ possunt, quia fine carent: & singulæ sunt omni prædicatione majores, quia plus quàm humanæ vidētur. Quare qui de his pauca dixerit, ingenii sui culpam deteget; qui multa, aliquid tamē relinquet semper, quod addendum sit. Illud breve est, sed maximū: Rempublicam hanc pulcherrimam, florentissimam, potētissimamque tuis consiliis, tua prudētia & cura diu stabilitam fuisse: quæ etiam nunc quoque præsidio
tuo

tuo firmari, tuisq; humeris attolli se quotidie & augescere fatetur. Tu verò, MYLI nobilissime, tanti hujus soceri magne gener, in hujus te societatem gloriæ offers. Quum enim multos viros summos naturæ & ingenii præstantia superares; paucorum tamẽ præmium tulisti. Nã & invictissimus Princeps quanti te faceret, ostendit, postquam te in Consiliariorum suorum numerũ adlegit: & illustres Ordines, quũ Academiæ celeberrimę protectorẽ te & patrem fecissent, quasi non satis multa tribuisse se tibi crederẽt, meritò postea legationem tibi primò ad Remp. Venetam, nunc verò etiam ad Christianissimum Galliæ regem detulerunt. Quę cũ ita sint, NOBILISSIMI VIRI, etsi magna

gna vobis imposita est gravissimarũ rerum moles, quam summa cũ laude vestra, & omnium pene gentium admiratione sustinetis, tamẽ quando jam hoc semel amplissimum vobis pulcherrimumq; duxistis, multorum suscipere patrocinium, ausus sum has lucubrationes in sinu vestro reponere, ut & foveretis eas, & me studio vestro ac benivolentia dignaremini.

N. V.

addictissimus

Petrus Cunæus.

DANIELIS HEINSII
In PETRI CVNÆI Animadversiones
epigramma.

Prælia, quæ gessit mediis Iove natus in Indis,
Dum Satyri cingunt Bassarideſque latus,
Ardua Niligenæ celebrarunt carmina Nonni,
Sed vini domino non aliena Deo.
Fertur, &, ut vẽtis discordibus acta phaselus,
Per medias plenus numine tendit aquas;
Aut qui cornigeri percussus flore Lyæi
Per scopulos & per culmina raptus abit.
Qui Satyros rapuit, rapuit calor ille poëtam,
Et tumidum vatem concita Mænas habet.
Vidit & incerto trepidantem plurima passu
Cunæi doluit mens generosa mei:
Direxitque manu, sanusque ostendit eunti
Quam ratio suadet vatibus ire viam.
Hunc Phœbus rapuit, Bacchi rapit impetus illũ:
Sobrius hic, vix non ebrius ille fuit.

PETRI CVNÆI
Animadverſiones in Nonni Dionyſiaca.

In Librum primum.

Numeri, qui in margine his notis ( ) clauſi ſunt, reſpondent editioni Plantinianæ.

Obeliſcus ∽ indicat errores Nonni.

---

8. 11. ἄξατέ μοι νάρθηκα.] In ipſo principio non leviter peccat. incidit enim in vitium ridiculum, quod veteres dixêre παρένθυρσον. Hoc fit, quoties oratione æſtuat quis, & furit præter rem, alieno tempore ac loco. concitant enim multi ſe, & efferuntur, ſed ſoli, cæteris, quos commoveri oportuit, oſcitantibus aut ridentibus. Initia operum omnia ut lenia ſint & verecunda ac temperata neceſſe eſt. qui enim non præparatis auribus inflammare rem incipit, inſanire apud ſanos, & quaſi inter ſobrios eſſe vinolentus videtur. hîc nihil cernas, niſi bacchationem & corybantiaſmum. quid enim illa ſunt? (1) ∽

ἄξατέ μοι νάρθηκα &, τινάξατε κύμβαλα μοῦσαι.

Item, *δότε θύρσον &, στήσατέ μοι πρωλῆα.*

videtur mihi mimum inſtruere, & tragœdias quaſdam excitare, quibus nihil jam deeſt præter ſcenam & hiſtrionem. mox iterum multo inſolentius, pag. 10.

εὐϊά μοι δότε ῥόπτρα &, (2)

νεβρίδα μοι σφίγξαιτε. &,
ἄλλῳ διθροον αὐλὸν ἐπάσατε.

Omnia sunt luxuriantis ingenii. Deinde illud mirè scholasticum est,

——— βυθίῃ δὲ παρ' εἰδοθέῃ καὶ ὁμήρῳ
φωκάων βαρὺ δέρμα φυλαττέσθω μενελάῳ.

Nihil enim facit ad institutum. Similem errorem erravit initio lib. 25. ubi bellum Indicum de integro narrare occipit. importunè enim illic tanquam mente lymphata incalescit, & vanas species fingit, ac somnia quædam sua narrat, portentosa illa nimis, & quæ nemo audire, neque cognoscere laboret. operæ pretium est simul hæc excutere, quia ge-
(421) mina sunt, & eadem. pag. 642. Homerum, inquit, imitatus de ultimo belli Indici anno agam etiam ,, Thebarum memor ero & Penthei. ipsa enim θήβη ,, ἡ ἑπτάπυλος

,, ἀμφ' ἐμὲ βακχευθεῖσα περιτρέχει, οἷα δὲ νύμφη
μαζὸν ἐὸν γύμνωσε καληφέος ἴψεθι πέπλου
μνησαμένη πενθῆος.

Etiam ausus fuit addere,

——————— ἐποτρύνων δέ με μέλπειν
πενθαλέην ἕο χεῖρα γέρων ὤρεξε κιθαιρὼν
αἰδόμενος μὴ λέκτρον ἀθέσμιον, ἠὲ βοήσω
πατροφόνον πόσιν ἧα παρευνάζοντα τεκούσῃ.

Dii boni, quanti est sapere! Ludit suaviter ipse secum, & ea dicit, quæ spectare potius est, quàm legere. quare non est cur jam amplius aliquis dubitet, an rectè intellexerit illorum sententiam, qui maximam in dicendo virtutem esse docent τὸ πρὸ ὀμμάτων τιθέναι. Postea verò etiam immoderatius
(421) τερατεύεται. pag. 642.

ἀονίας ἄϊω κιθάρης κτύπον. εἴπατε μοῦσαι

τίς πάλιν ἀμφίων λίθον ἄπνοον εἰς δρόμον ἕλκει;

Deinde respondet sibi,

οἶδα πόθεν κλύτος οὗτος· ἀειδομένης τάχα θήβης
πινδαρέης φόρμιγγος ἐπέκλυσε δώριος ἠχώ.

Observarunt dicendi rationem quandam Græci Rhetores, quam modò φαντασίαν appellant, modò εἰδωλοποιΐαν. Sæpe enim qui dicit, calore quodam aufertur, & φαντάζεται, ac quasi fingit se videre, quæ non videt. Ita Euripides, cujus artificium in his adfectibus repræsentandis ubique elucet, nō minimam laudem meritus est, quum Orestis Erinnyas sibi tanquam ante oculos ponit,

αὗται γὰρ, αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

terretur ipse, & expavescit, ac aliis metum incutit, & iterum

οἴμοι, κτανεῖ με. ποῖ φύγω;

Planè apparet commotio quædam ejus, ac vehemens consternatio. & est hic verissimus character τοῦ ἐναγωνίου πάθους. at Nonno non æquè feliciter processit id, quod tentat. Non enim, sicut Euripides, alterius exprimit perturbationem, quasi suam; sed de se, & otiosa sua imaginatione loquitur, cum nihil interim uspiam appareat terribile aut magnum. Quare sic censemus, etsi numerosi sint versus, & luculenti, tamen neque illi personæ convenire, neque huic loco. Non debuit enim ipse sibi ea affingere, quæ actoris propria erāt. deinde in principio novi operis adeo insolens est, ut quod alibi fortasse effervētioris animi videri possit, id hic omnino stultæ sit & puerilis inscitiæ. Sentiunt enim, quicunque legunt, & indignantur fucum sibi fieri, ac se nimis apertè deludi his præstigiis & gesticulationibus. nihil enim dum attulit, quo excitare eos

re eos possit, & tamen vident versantem se, & inepte multa molientem. oportuit sensim, & arte quadam illabi in animos eorum, ut cum ipsis rebus exurgerent, & abriperentur etiam nescientes.
(422) Iam quod statim subjicit, pag. 642. ubi ipse se revocat tandem ad propositum suum,

ἀλλὰ πάλιν κλείνωμεν ἐρυθραίων γένος ἰνδῶν,

omnino joculare est. risu enim, non serio, occidere eum diceris, cujus cędem inepte narras. hoc modo in Satyris Flacci turgidus Alpinus Memnona jugulat. & apud Plutarchum Ctesias Cyrum interficit. etiam hic idem quoque fit. Non est dissimile joci genus, cum eidem Flacco Fusius Alpes nive conspuit. quemadmodum & stolidi declamatores apud Lucianum τὸν Ἄθω πλεῦσαι, & ubique odiose πεζεῦσαι τὸν Ἑλλήσποντον. neque est vero dissimulandus error, qui ibidem sequitur. cum enim dixerat,

ἀλλὰ πάλιν κλείνωμεν,

necesse fuit, ut statim pergeret ad recensendum. Sed forte & casu aliud ei in mentem incidit. imprudenter enim delabitur ad comparationem Persei, & Bacchi, & Herculis. cui rei totum dedit librum vigesimum & quintum. adeo videtur non cogitasse, sed sortitus esse, quid porro diceret.

(1) 8. 14. σχῆσατέ μοι πρωτῆα πολύτροπον, ὄφρα φανείη ποικίλον εἶδος ἔχων, ὅτι ποικίλον ὕμνον ἀράσσω]
Est peregrina insolentia, & sensus frivolus ac nugatorius, inventio Græculi jejuni & esurientis, quæ quo magis inspicitur, tanto fit putidior. Sophistis olim nihil æque fuit familiare, quam hujusce modi observatiunculas venari quum enim essent ingenio humili, animo inopi ac pusillo, judicio curto; fieri non potuit, ut rem vera pulcritudine, & nervis

nervis suis ac lacertis decorarent. Igitur quisquilias quasdam, & stercora sectantur pro veris ornamentis. Sistite mihi Proteum variabilem, quia de " variis rebus dicendum mihi est. sanè subtilitas in- " epta, & ἔννοια μικρόχαρής. pergit deinde argutus esse pag. 10. (2)

ἐι δέμας ἰσάζοιτο τύπῳ συὸς, ὕια θυώνης
ἀείσω ποθέοντα συοκτόνον ἔυγαμον ἄυρην.

Si, inquit, apri formam induerit Proteus, Bacchum " memorabo Auræ amore captum. Aura autem vul- " gò ab omnibus dicta fuit συοκτόνος. pulcrum argu- " mentum, & insignis rationum ἀμηχανία. Similis est causa, quam de Rhea adfert; & illa, quam de gigantibus. Nihil enim horum cōvenit, nisi tertium aliquid, quod nominibus adjectum fuit. miseramur potius anxiam hanc sedulitatem, quam ridemus. meliore consilio poterat cum Proteo comparasse Liberum patrē, qui & ipse in omnia sese vertebat rerum miracula, lib. 14. & 36. & 40. nunc in arctum desilit, unde pedem proferre sine pudore vix potest. tanti fuit in his aliquid καινοσπουδεῖν. Veteres hoc vitium μειρακιῶδες dixêre, & ex diametro opponunt τῷ ὀγκηρῷ καὶ ἐνθουσιαστικῷ. Sicut enim illic animi nimia elatio reprehenditur, ita hîc inepta & vilis curiositas. Hîc Sophistæ ubique ostendunt qui viri sint. Adeò enim miserè appetunt τὸ περιττὸν, & τὸ πεποιημένον, & τὸ ἡδὺ, ut necessariò incidant εἰς τὸ ξενικὸν καὶ κακόζηλον. Nō longè eundū est. unus Nonnus pro omnibus erit. cæteri in isto se recognoscent. quare si quid hic est, viri Sophistæ, quod ad vos quoque pertineat, attendite, obsecro, *Aristoph.* καὶ ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων κάθησθε, interea dum aliquot loca ex hoc scripto citantur, pag. 738. digna (485)

ſunt verba, quæ in æs incidantur, ut extent monumenta egregiæ induſtriæ.

> καὶ ζοφερὴν ςίχα πᾶσαν ἐνεπλήσατο μελισσεὺς
> θάρσος ἔχων ἀδόνητον· ἐπωνυμίην γὰρ φυλάσσων
> φρικτὰ κορυσσομένης μιμήσατο κέντρα μελίσσης.

Loquitur de Meliſſeo, homine immani & terribili, qui Indorum totum exercitum profligavit. non potuit eum rerum, de quibus agit, δεινότης tantillum erigere, ut innatam puſillanimitatem exueret. Grammaticus enim eſt, & Grammaticè nugatur de ſyllabis; neque magis poteſt in tam celſo & divino ſcribendi genere diſſimulare quis ſit, quàm aſinus ille, qui capite in vepreta immiſſo, reliquum corpus benè latere putabat. primò nihil magis eſt febriculoſum, quàm colluſio iſta, μέλισσα & μελισσεύς. quæ ut in argutiis jocorum commendatur, ita vitanda eſt in re ſeria & gravi. magis prudenter veterum aliquis ad Meliſſam meretricē in epigrammate, quod apponam, quia editum nondum eſt.

> Ποιεῖς πάντα Μέλισσα φιλανθέος ἔργα μελίσσης
> οἶδα, καὶ εἰς κραδίην τοῦτο, γύναι, τίθεμαι.
> καὶ μέλι μὲν ςάζεις ὑπὸ χείλεσιν ἡδὺ φιλεῦσα,
> ἢν δ' αἰτῇς, κέντρῳ τύμμα φέρεις ἄδικον.

eleganter, lepidè, venuſtè, ut nihil ſupra. hoc laude dignum eſt: illud verò à magiſtris exibilandum. Deinde ipſa ἔννοια tota eſt puerilis. Meliſſeus Indos penè univerſos fudit. in quo dignum ſe oſtendit nomine ſuo. nam αἱ μέλισσαι aculeo ſuo pungũt. Minuit rem imprudens, quam augere vult; & ſimul examen in ſe concitat non apium, ſed ſuperciliosorũ declamatorũ, qui pueros ſuos inter prima tirocinii rudimenta docent omnen αὔξησιν fieri debere οὐκ ἐπὶ τοὔλαττον, ἀλλ' ἐπὶ τὸ μεῖζον. Ita Timæus

rectè notatus fuit, quod frigidè Alexandrum laudasset. paucioribus enim annis, inquit, totá Asiam “
imperio suo adjecit, quàm Panegyricũ suum scri- “
psit Isocrates. en stoliditatem. Græculi, ubi de Comico risu agunt, tres ejus modos faciunt. quorum postremus hìc usurpatur, sed ab insciente. pugnat enim ἡ εἰκὼν cum magnitudine & natura rei, ad quam adhibetur. etsi nescio majórne insulsitas sit tantam victoriam cum otiosi Rhetoris scriptione componere, an facinus summi ducis cũm punctione apiculæ. in illis quoque pædagogica est & jocularis subtilitas pag. 750. de Aristæo, (493)

> καὶ τελέων τριετῆριν ἐπωνυμίην ἐνυῶ
> θεῖος ἀειςᾶος δεδαημένος ἄρεος ἄγρην,
> ὡς νόμιος πολέμιζε καλαύροπα χερσὶ τιλάινων.

Mox, ——— ἐν δὲ κυδοιμοῖς

> τόξον ἔχων κλυτότοξον ἑὸν μιμεῖτο τοκῆα.

Iterum ——— αἰνομανῆ δὲ

> δέσμιον ἐζώγρησεν ἀνάρσιον ἄτρομος ἀγρεύς·
> ἀγρεύσας ἅτε θῆρα, καὶ ἀντιβίων ἐλατῆρα
> ἠθάδι χειρὶ τίταινε βαρὺν λίθον, οἷον ἐρείσας
> πιαλέας ἔθλιψε χυλὰς ὠδῖνας ἐλαίης.

magno conatu magnas nugas effutit. Aristæo etiã Agrei nomen & Nomii dedit antiquitas à venatione & re pastoria, quarum autor fuisse creditur. hinc occasio data vernili commento. Aristæus, inquit, “
etiam in bello hæc cognomina merito servavit. “
nam & ἠρίστευσε jaculandi peritia, quia Aristæus; & “
pedo pugnavit, quia νόμιος; & vivos hostes ἤγρευσε, “
quia ἀγρεὺς dictus fuit. quin lapides quoque misit in medios hostes, sicut antea olivas primus pres- “
serat. vide, quæso, quò non penetret Sophistices acumen; ut ego quidem me hebetiorem natum

esse non magnopere doleam. profectò Hesiodus, Homerus, & qui horum laudes secuti sunt, ne inter somniandum quidem de his stercoreis nugamentis cogitassent. scilicet hæc scire nostrâ interfuit. sed ita ingenium est horum hominum, ut vadimonium deserere malint, quàm præterire occasionẽ ostentandi insulsam argutiolam. quid enim pro dignitate dicant, aut quo modo naturalis ἐννοιῶν pulchritudo exurgere possit, susque deque habent. satis id est, si posterorum judiciis illudere licet.

10. 2. εἰ δέμας ἰσάζοιτο τύπῳ συός] infeliciter. imò συΐ. hoc enim vult, si formam apri induerit. sed malè dicit, quod benè senserat. Nam τύπος συός nõ est aper, sed quicquid illius similitudinem quandam refert. quanquam, ut verum dicam, non placet tota loquendi ratio. &, si meo arbitrio agendum sit, malim

εἰ δέμας ἶσος ἔῃ συῒ καπρίῳ, ἠΰτε θυώνης
ἀείσω, &c.

Hoc rectum est, hoc Græci, ut suum, agnoscant: illud insolens, & purus putus Nonnismus. sed voluit videri Euangelia legisse, & hac causa ubique ad tædium usque occinit τύπον & ἀντίτυπον Euangelica sunt, & ab Euangelicis rectè usurpantur. ab eadem origine est μαστίζειν, quod magis ille, quàm oculos suos, amat. vel in illo epitaphio, ecce, quam frigidum est? pag. 78. 22.

γηγενέος τόδε σῆμα τυφωέος, ὅν ποτε πέτροις
αἰθέρα μαστίζοντα κατέφλεγεν αἰθέριον πῦρ.

Non unius assis facio τὸν ὑγρὸν πέτροις μαστίζειν. poterat, me autore, consultius scripsisse,

γηγενέος τόδε σῆμα τυφωέος, ὅν ποτ' ἐρίπναις
ὑγρὸν

οὐρανίδας βάλλοντα καὶ ἔφλεγεν οὐράνιον πῦρ,
manet enim acumen epigrammatis;& plane eſt ad imitationem illius Cyclopis,

——— ὃς ὤρεσι λᾶας ἔβαλλε.

ut quidem præclarè eum Theocriti locum emendat divinus vir.

10. 22. σιδονίης πολὲ ταῦρος ἐπ᾽ ἠόνος] poſtquam (3)
in principio operis multum æſtuavit, contra legem artis,& uſum, tandem nunc tam placidus fit, quàm ovis. detumuit enim aliquando iſta animi tempeſtas, etſi mox ſurget iterum,& majores fluctus dabit. perſequitur autem hîc inſtitutum ſuum, ſed nimis altè repetita narratione. nuſquam melius probare potuit, quàm eſſet ἀνοικονόμητος, quàm in hac re. quum enim de Libero tantum & ejus geſtis ſe acturum dixerit, ſtultè facit, qui ſeptem integros libros abſolvit, antequam non dicam de geſtis ejus, ſed de nativitate, loqui incipiat. interea δοῖδυξ ἀυξάνει: & allinitur aliquid ex nugarum myrothecio. cæterum in octauo demum àd ſe redit. reliqua, quæ præmittuntur, faciunt ad apparatum Circenſis pompæ. tanto molimine opus fuit, tanto hiatu. certe hoc tam ineptum eſt, quam reditum Diomedis ab interitu Meleagri ordiri. Deinde nõ relinquit eum in terris ἀειςεύοντα, ſed eundem poſt tot victorias in cœlum uſque proſequitur. ita ignoravit Poetæ aliud eſſe munus, aliud hiſtorici. Homerus bellum deſcripturus, cujus & initium ſciebat,& finem, noluit aut ab hoc incipere, aut in illo deſinere. & tamen utrunque narrat, ſed ita ut ἐπεισοδίοις utatur potius, quam ut ſeriem obſervet. hac re mirificus fuit,& quod Ariſtoteles, acerrimi in his judicii vir, cenſuit, ἤδη καὶ ταύτῃ θεσ-

πέσοι ἂν φανείη παρὰ τὺς ἄλλυς. moratur enim animos grata novitas, & mutata ſubinde facies, quos aliôqui rerum aut tẽporis ordo defatigare poſſit.

(3) 12.6. potius eſt ut legas

ἀείδων ὑμέναιον, ἀειρομένην δὲ γυναῖκα.

(4) 12. 22. ὧς ὅγε] lege,

ὧς ὅγε τὴν μὲν ἄειρε. vel, τὴν ἀνάειρε.

Nympham enim dorſo ſuo vehebat taurus.

16. 10. μηλέρι βόστρυχα ταῦτα κομίσαλε] non dubium eſt quin habuerit in animo illud Apollonii lib.4. ——— χερσὶ δὲ μακρὸν

ῥηξαμένη πλόκαμον θαλάμῳ μνημήϊα μητρὶ
κάλλιπε παρθενίης.

utraque enim matrem ſuam relinquit, etſi diſſimili fato.

(8) 18. 29. πελάσας δ' πολυσπερὲς ἔθνος ἀγορῶν] non fit ſine periculo facinus magnum & memorabile. dum enim ſupra reliquos aliquid tentaſſe videri vult, imprudenter ſe traducit. Homerus, etſi in ſublimi verſetur genere, in quo perpetuus ſplendor & δεινότης eſt, tamen ſæpè τὸ χαρίεν amat, & τὸ γλαφυρόν. modò enim venuſtatem captat ex ipſis rebus; aliquando ἐκ τῶν σχημάτων καὶ ἐκ συνθέσεως; ſæpiſſimè ἀπὸ τῆς λέξεως. nemo hoc ante illum tentaverat, nemo felicius illo. quare in hoc quoque, ſicut in cæteris, imitati illum ſunt quotquot poſtea extitere optimi & ſummi ſcriptores. inter hos Steſichorum veteres ponũt & Archilochum. quos deinde ſequitur Herodotus; qui, ut ejus Veneres referret, eandem quoque amplexus eſt διάλεκτον. ubique enim deditâ operâ ἰάζει: quia τὴν ἰάδα, ut maximè poeticam, ita naturâ ſuavem eſſe ſciebat. Plato verò etſi ἀττικίζειν mavult, Homerum tamen

diſſi-

issimulare non potest. libenter enim illius verbis
-ρεῖσατο, etiam illic, ubi Remp. suam format, ex
ua tamen eum ejicit in quinto enim Politico-
um manifeste παρῳδεῖ, & in aliis sæpe. Etiã Ægy-
ptius noster, cum laudabilem putaret hanc cõten-
ionem, maximorum autorum exemplo ὁμηρικώ-
ταλος esse voluit. Sed cum angusti animi videretur
nuda imitatio, placuit ita alienis uti, ut novo quo-
piam commẽto sua faceret. Vt alia omittam, quod
in manibus est, videamus. Divinũ est illud in Ilia-
de, μελισσῶν ἔθνεα, & χηνῶν, & μυιῶν. non aliter enim
de his, quam de Republica aut populo aliquo co-
gitamus. sumptũ est quippe αὐτόθεν καὶ ἐκ τοῦ ὁμοίου.
est, inquam, venustissimum, est suavissimum, & fe-
licissimi genii. cæteris quoque & placitum fuit, &
studiosè usurpatum. at noster, qui in veterum scho-
lis nondum didicerat, πῶς δεῖ μιμεῖσθαι τὸν ὅμηρον,
ambitione sophistica nimium quantum ab illo re-
cessit. facit enim non avium, neque animantium
brutorum ἔθνεα, sed membrorum quoque & bra-
chiorum, & omnium eorum, quæ multa sunt. Sæ-
pe enim, & diversis modis repetit cum solenni fa-
stu. Sanè fefellit eum εὐστοχία sua. qui enim τὸ χα-
ρίεν simul, & τὸ φοβερὸν nova arte jungere voluit,
neutrum effecit. neque enim δεινὸς est, cum tam
pueriliter cecidit: & venustatem amisit. postquam
factus est γελωτοποιὸς. antiqui duo genera faciunt
χαρίτων. illud est grave & augustum; hoc vero vi-
le & ridiculum. illud cæterorum poëtarum est,
hoc vero Comicorum duntaxat, qui dum solutos
risus plebeculæ, & dicacitatis famam captant, de
industria sæpè ineptiunt. Noster igitur, cum pro-
posuit sibi τὰς σεμνὰς καὶ μεγάλας, miserè ὑπὸ πα-

ρισερ-

γισεγίας incidit in viles illas, & illiberales. pro gravi enim contemptibilis, pro venusto ridiculus evasit. quod si nos quoque simili modo γογγύζειν volumus, quid fiet? dicam Solē quondam tectum fuisse ὑπὸ τοῦ ἔθνους τῶν περσικῶν βελῶν. metuo ne pueri quoque, qui aliquo sensu literarum sunt, cum cachinno me conspuant. Nam qui sanus quidē est, ὑπὸ πλήθους malit. Aristophani τῷ γελωτοποιῷ hoc permissum fuit, in quo fermè uno nunc habemus mordax illud, & aceto Attico conditū scribēdi genus. Solet enim, quoties Æschylū, Euripidem, aut alios publicè vult κωμῳδεῖν, dictum aliquod eorum arripere, & risus causa illud aliter, quā ipsi, usurpare. quare poterat isto sale Homerū defricuisse, quē in Nebulis quoq; pupugit. Apud Lucianum quidē Iupiter balbutit, ὦ ἄνδρες θεοί, ut Demosthenis exagitentur vulgata exordia. Sed ego ineptus ipse sim, si pluribus hæc persequar. manifestò enim apparet, quàm infeliciter ei expetiit prava imitatio. in cæteris non multo melior erit Homeri ζηλωτής. quæ nos, ubi singula occurrent, videbimus.

(9) 20, 22. viri summi emendarunt ὀχμάζων. Sed nihil mutandum fuit.

(10) 22. 18. Pro more suo facit, & planè ex instituto talis familiæ. lascivit enim, & τρυφᾷ, in re seria ac terribili, extremo & in metu, & in periculo.

καὶ πόλος ἐσμαράγησεν, ἀμειβομένη δὲ καὶ αὐτὴ
οὐρανὸν ἐπλάζοντον ἰσηρίθμων ἀπὸ λαιμῶν
πληϊάδων ἀλάλαζε βοῆς ἐπλάσομος ἠχώ·
καὶ καναχὴν ἰσόμετρον ἐπενδύπησαν ἀῆται.

Non debuit hìc, tanquam institor argutiarū, ostentare τὴν ἐννοιῶν τερθρείαν, ubi cœlum & terra, supera ac infera omnia turbantur. opponit inter se ἐπτα-

ζωνον

ωτον οὐρανὸν, & Pleiadum τὴν ἑπτάστομον ἠχὼ, quæ "
nagno fragore insonuêre ἀπ' ἰσηρίθμων λαιμῶν. de- "
nde totidem planetæ ἰσόμετρον καναχὴν dederunt. "
Quis ferat bullatas has nugas, tantâ curâ, & tam
onge petitas? quàm stultum est, ubi cardines cœ-
, ac totam illam machinam vides convelli, anxiè
apputare an parem numerum efficiant Pleiades
um cœli zonis, & hæ rursus cum errantibus stel-
is? gerræ germanæ, atque edepol liri liri. quid alii
e his sentiant, ipsi viderint; me quidem tædet in- *Plaut.*
ptiarum. & verè illud dixerim,

ὅταν τι τούτων τῶν σοφισμάτων ἴδω, *Aristoph. in Ranis.*
πλεῖν ἢ 'νιαυτῷ πρεσβύτερος ἀπέρχομαι.

on habet locum fucus & lenocinium, ubi τὰ πά-
η χειμάῤῥου δίκην rapiuntur, neque aut dicenti, aut
egenti permittunt in minutiis hærere. omnia hic
sse αὐτοφυᾶ, & inadfectata oportet. nam ubi τῇ
εριεργοτεχνίᾳ attendimus, industriæ quidem nostræ
avemus, sed otiosè, & sine vehementi adfectu aut
notu. Par est ψυχρολογία libro secundo, pag. 72. 7. (43)

καὶ πλοκάμους τιφῶνος ἕλιξ ἀμάθυνε κομήτης.

æteras quidem corporis partes fulmine combu-
tas dicit; solas autem capitis comas ab ignito co- "
neta depastas. totos tres dies, opinor, solicitè cogi- "
avit, ut tale acumen reperiret, crines τοῦ γηγενοῦς,
& crines cometę. φεῦ τῆς σκαιότητος τῶν φρενῶν. po-
uisset quidem magis presse, hoc modo,

τὰς δὲ κόμας τυφῶνος ἕλιξ, &c.

Sed sępe, ubi maximè conaris, minus procedit. Ne-
que verò magis illam παρήχησιν probo, quæ est eo- (31)
dem libro, pag. 54. 6. ubi meticulosus ille rebus
desperatis aufugit,

——— λύρην ἔῤῥιψεν ἀπόλλων,

καὶ

καὶ πτερόεις πεπότητο λιπὼν πτερόεντας ὀϊστοὺς
εἶδος ἔχων κύκνοιο.

Minuit enim τὴν δεινότητα τὸ ἀκριβές. quæ caussa est, cur & hîc, & in omni vehementiore animi motu nihil acrius vitare præcipiant dicendi artifices, quàm τὸ παρόμοιον, & ἰσόκωλον, & ὁμοιοτέλευτον. Sed nos ludum non aperimus. & satis est vitii primam indolem leviter monstrasse.

(12) 26. 1. νῆσον ἁλικρηπῖδος ἀποσπάδα πέζαν ἀρούρης] Aut Nonnus hîc erravit, aut qui hoc ei adfinxit, doctissimus Falkenburgus. nulla enim insula τῆς παράλου γῆς πέζα est, quia tota mari cingitur. ne quidem de peninsula id verũ est. quia etsi isthmus quidam continenti eam jungit, πέζα tamen ejus censeri non potest. non enim latè ambit ejus extremam oram, sed angusta cervice procurrit ex aliqua tantum illius parte. consultius erat paucula mutasse,

νήσου ἁλικρηπῖδος ἀποσπάδα πέζαν ἀείρων
ῥῖψε παλινδίνητον ὅλην σφαιρηδὸν ἑλίξας,

an sic scripserit, dubito. debuisse quidem, id verò scio.

(13) 26. 15. ἀστεροπὴ δ' ἔκλυσε] hæc in mendo cubant. ut & illud, quod præcedit, ἀσταγέοις νιφετοῖσι. Nihil enim minus ei in animo fuit. res ita habet. etsi Terræ alumnus fulmen manu teneret, tamen inutile ei fuit ad pugnandum. nam nec imbrem effundere potuit, & pro flamma ac fulgure, fumum potius dabat & tenebras, cum longè aliis viribus & lacertis opus erat ad vibrandum. nos ex conjectura aliter hæc constituimus,

——— μόλις δέ οἱ ἠέρος αὐχμῷ
ἀσταγέος νιφετοῖο κατείβετο διψὰς ἐέρση·

ἀστερο-

ἀστεροπὴ δ' ἤχλυσε, καὶ εἴκελον, &c.

4. 21. σφειγόωσαν ἔχων προβλῆτα παρειήν.] non (18)
ediocriter hic ineptus est. turget enim & ampul-
tur in re levicula & nihili, quod vitium ita amat,
hoc uno se amplectatur. Cadmus συρίζων buccas
abet προβλῆτας. quis hoc credat? προβεβλημένον
t, quicquid longè procurrit, & extat. scopuli im-
endentes mari, & parte quadam sui prominentes,
dentur quasi προβάλλεσθαι. hoc ad sufflatas genas
ferre, non est pudétis, neque sani hominis. quan-
lus enim est iste tumor? ut fistula canas, arte ma-
s opus est, quàm contentione multa & laborio-
. Flatus enim neque vehemens est, & subsidunt
otius buccæ, quam turgescunt. colligitur enim
iritus ad extremitatem fistulæ, quà labiis teritur.
erte meminisse poterat aliud esse συρίζειν, quam
λπίζειν. hoc distento ore fit, illud minimè. quare
t in tota loci ratione τὸ ψυχρόν. malè enim dictio
ccedit τὴν οἰκείαν ἐπαγγελίαν. quod postea in cœ-
ris, quale sit, demonstrabimus.

4. 22. Lege, φυσήσεις σομάτεσσιν. ad pastorem (18)
im, quem alloquitur, hoc pertinet.

3. 7. Elegantius erit (21)

——— μέλος πλήκτροισι λιγαίνων
θέλξω δένδρεα πάντα καὶ οὔρεα.

Ad

Ad librum secundum Dionysiacorum.

(23) 42. 4. Πηκτίδος ἡδὺ βέλεμνον ἐδέξατο πομπὸν ὀλέθρου] Sic alibi millies. affectatum est, inauditum est, & ideò placuit. non enim solet sapientum ille ordo plebeja pulpa palatum tergere. Canterus κόμπον repoluit; sed nō consideravit ejus ambitionem in his nugis. perpetuus enim in his est; ut si omnia sustuleris, exiguum omnino futurum sit, quod restabit. quoquò oculos conjicies, similis elegantia occurret. illic ἀμιλλητῆρα ταρσὸν videbis: hic μάρτυρα καπνὸν, & σφρηγῖδα σιωπῆς. alibi νωμήτορα παλμόν. erit etiam ubi ἰσοφυὲς μίμημα fastidienti ingeret, & κυβιστητῆρα σίδηρον. tum verò & ὁλκὸν ὑπήνης in deliciis habet: & κῶνον ὁμίχλης ostentat inter divitias suas. quin magno apparatu aliquem saltantem faciet ποδῶν ἐνοσίχθονι & βητάρμονι παλμῷ: aut alius quidam πολύκυκλος ὀρχηστὴρ λαίλαπι ταρσῶν se circumaget. Nihil horum ab incolumi mente est; nihil quod ferri possit. sunt enim delirantis omnia, & externati, καὶ ἀλλοφρονοῦντος. quæ qui corrigere singula velit, næ is & tempus, rem pretiosam, perdet, & operam. nam ut etiam porro amet, vix erit; aut si erit, mirabor. me quidem certè rivalem non habebit.

(24) 44. 5. Postquam semel cœptum est, benè atque impudenter porro mentiri licuit. qui integras insulas manu sublatas sursum misit, nihil novum faciet, si flumina quoque uno haustu exsiccet. scripserit igitur,

καὶ

καὶ ποταμοὺς ἐκένωσε πιὼν ἐπιδόρπιον ὕδωρ.
longè major est hæc ἔννοια. Tum causa nō fuit, cur
aquam, de quâ bibere vellet, consultò turbaret. de-
inde firmat conjecturam nostram ipse, cùm mox
subjicit, fluviatiles deas nudatas fuisse, & fugam
cepisse.

14. 10. πέτραν] Nōn hoc voluit. legerim ex men- (25)
te ejus & perpetuo usu,

——— παρὰ δ' ἰλυόεσσα πέζαν ἐναύλων
στρίγγετο πηλώεντι πεπηγότα γούνατα δεσμῷ.

πέζα ἐναύλων est extremum alveorum, quod jam
exhausto flumine nihil nisi limum reservaverat, in
quo ipsæ hærebant.

14. 22. ῥεέθρου] mendosè. restituo, (25)

——— ἀνοιγομένου δὲ βερέθρου
χεύμασι πηγαίοισιν ἀνέβλυε νέρτερος αὐλῶν,
ἀσκεπέος δαπέδοιο χέων ὑποκόλπιον ὕδωρ.

terram, inquit, tanta vi percussit, ut aperta magnâ
voragine, aquarum latentium scaturigines undi-
que eruperint.

Ibid. 22. καὶ δίεργην φλέβα λῦσε] nemo fuit unquam
tam dispar sibi. Aut enim æstuat, & sublimes ver-
sus ructatur; aut miserè humi serpit, & jacet. Qui
medium aliquid exspectabit, frustra erit. ubique
enim in contraria vitia, eaq; extrema currit. Adeò
fuit Vertumnis, quotquot sunt, iniquis natus. Vel
hic quàm sibi non constat! Rem terribilem & hor-
rendam narrat, terræ abyssos aperiri, & integra flu-
mina ejici. Hic, etsi pro more suo γυμνουμένους γῆς
νεῶνας, & βέρεθρα, & αὐλῶνας, omnia alta & gran-
dia crepat; interim tamē ipse, quæ adeò effert, malè
rursus extenuat,

καὶ δίεργην φλέβα λῦσε.

inter tot illa non Tragica, sed παρατράγῳδα, unum hoc infra ipsum quoque soccum est. nō enim magis me percellit, quàm si de medico sermo sit, qui scalpello venam, arte sua usus aperit. certe inusitato modo imperitus fuit. Græci jam pridem vitium dicendi notaverūt, quod ξηρότητα appellant, quum propriè spectet ad characterem exilem. fit enim, ut quemadmodum virtutibus vitia sua adjacent, ita singula genera τῆς ἑρμηνείας comitetur διημαρτημένον τι. Hoc sicut in sublimi est frivolum, in urbano τὸ κακόζηλον, ita in tenui est τὸ ξηρόν. qui hac parte peccant, etsi reprehensione digni sunt, tolerari tamen possunt. quum enim vicinus flexus sit, nihil æquè in proclivi est, quàm ut sic errent. At noster nihil vulgare facit. ita enim præter morem omniū errat, ut errori nomen nondum dederint οἱ ταῦτα λεπτολογεῖν καὶ περισκοπεῖν δεινότατοι. non enim ex sublimi in frigidum recidit, neque ex venusto in κακόζηλον, nec ex tenui in siccum; sed, quæ longissimè distant, ex turgido in aridum & jejunum. Herodotus in Polymnia, postquam τὸν χειμῶνα præclare descripsisset κατὰ τὰ λήμματα, quædam tamen adjicit, quæ sunt τῆς ὕλης ἀδοξότερα. exile enim est illud, ζεσάσης τῆς θαλάσσης. multum enim detraxit de magnitudine. rursus in Urania, ὁ ἄνεμος, inquit, ἐκοπίασε, καὶ τοὺς περὶ τὸ ναυάγιον βεβρασμένους ἐξεδέχετο τέλος ἄχαρι. nemo tam ineptè Herodoti fautor est, ut non dānet τὸ ἐκοπίασε. vile enim est & ἰδιωτικόν. deinde ἄχαρι, quod sequitur, Iudiciū est in istis angustiis. hæc olim exagitarunt sapientissimi veterum Criticorum. quæ nec ego defensum eo. illud dico, levem esse eam culpam præ hac. non enim noster in imo genere versatur, neque

que in mediocri, ficut ille; fed ubique fummum il-
ud adfectat, cum magno fuo, ut poftea apparebit,
ericulo. quare ficut ridiculum effet ex fublimi
umilem fieri (extrema enim funt) ita magis ftul-
ım poteft videri ex nimia fublimitate, qui tumor
ft, ὑπονοσεῖν εἰς τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἰσχνότητος, quod
ft τὸ ξηρόν. Hæc eft Nonni ἀριστεία. quæ in aliis quo-
ue locis admirabilis fpectatur. libro vigefimo, &
xı. Lycurgus fupplicanti Dionyfio & oranti ut
'hraciæ fines peragrare liceret, quod univerfis
ermitti jus & æquum fuit, non permifit, fed hofti-
ter expulfum in mare egit, ac omnes ejus copias
idit. poftquam multũ fudavit, ut facti hujus atro-
tatem exafperaret, fubjicit Lycurgum, ut ne quis
oftea ejus exemplo in fupplices fæviret, jufta deo-
ım vindicta, oculis captum fuiffe. audire eft ope-
epretium quid dicat, pag. 564. 22. (370)

ζεὺς δ' πατὴρ ἵνα μή τις ἀγηνορέων βροτὸς ἀνὴρ
ἄλλος ἔχων μίμημα δορυθρασέος λυκοόργου
μῶμον ἀναστήσειεν ἀμωμήτῳ διονύσῳ,
αἰνομανῆ λυκόοργον ἐθήκατο τυφλόν.

ılcra claufula Tragicæ narrationis. fcilicet μῶ-
ος fuit inexpiale bellum & plus quam capitales
imicitiæ. ego vero ne quidem de pannucia ali-
ıa Baucide, aut rixante meretricula hoc dictũ ve-
m. Quare videri poteft jã leviter erraffe is, cujus
tat illud de Phalaride, ἄτλα ὁ Φάλαρις ἠνόχλει τοῖς
κραγαντίνοις. etfi enim infulfum eft, ἄτλα, & ridi-
lum ἠνόχλει, in hac tyranni crudelitate, minus
men peccat, quam nofter. fed dicam quod res eft.
debat occafionem natam admirabili acumini,
ῶμον ἀμωμήτῳ διονύσῳ. nihil elegãtius, nihil majus
debatur. quare prætereundum non fuit. Iam il-

lud verò quale eſt, μῶμον ἀναςῆσαι? putidũ eſt, barbarum eſt, ineruditũ eſt. pueri, qui tria verba Græcè ſciunt, monebunt eum μῶμον ἀνάψαι rectum eſſe. ſed Helleniſmus Nonni idem eſt, cum ejus dicendi arte.

(26) 46. 5. forte, καὶ μορίην μνησθεῖσα φερέπτολιν ἀτθίδα νύμφην. ſic in Iliade libro ſexto,

τυδέα δ᾽ οὐ μέμνημαι.

nihil vulgarius eſt quam ut arboribus, & arborum συντρόφοις nymphis idem nomen ſit. quare Moria & dea ſit, & illa ipſa, quam in Attica olim tuebatur, olea. ita μελίαι quoque & aliæ.

(26) 46. 15. ἐκ πίτυος δὲ φυγοῦσα βατῷ ποδὶ παρθένος] iterum caſtiganda eſt ejus imperitia. ubique enim hæc ſe nobis etiam nolentibus offert. quid ſit βατὸς πούς, ne ipſe quidem Nonnus ὁ λεπτοτάτων λήρων ἱερεὺς, ſi in vivis ſit, explicare poſſit. βατὸν eſt, quicquid pedibus inter ambulandum πατεῖται. quod ſi pedes euntium non πατοῦσι, ſed πατοῦνται, jam rerum natura mutata eſt, neque mirabimur poſthac, ſi aut terram ambulare, aut montes currere contingat. Nihil jam reſtabat amplius, niſi ut poſt Dionyſiaca etiam ſcriberet περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων. Nam Ariſtoteles quidem, etſi hic laudabilem operam poſuit, nimis tamen amavit τὸ μὴ ληρεῖν. ſolius Sophiſtæ eſt, hac re θάυμακτρα auferre. Non abludit ab hac veſania id, quod alibi dicit, εὔποδι ταρσῷ. Quaſi verò pes ſit ταρσοῦ pars, ac nō potius ταρσὸς pedis. Hegeſiſtratus, cui crura incluſa erant ξύλῳ σιδηροδέτῳ, dimenſus ſpatium, quo reliquum pedis educi poſſet, reſecuit τὸν ταρσὸν, & ſalvus abiit. ita pedem retinuit, qui ταρσὸν amiſerat. non enim hic omnino deſiit eſſe, illo abſciſſo,

Herodotus in Vrania.

etſi

etſi minutus eſt.perficitur quippe ab eo, non conſtituitur. At qui cum Sophiſta ineptire velit, majorem faciet partem toto. Equidē nō minoris amentiæ eſſe puto, ταρσὸν fingere ἔυποδα, quàm cæſariem ...υκέφαλον, cum res & ratio dictet κεφαλὴν ἐυ τετρι-χωμένην, ſicut & pedem ἔυταρσον.

54. 25. ἔυνασε καὶ πνείουσαν ὅλην φύσιν] hoc quid ſit, (32)
non facile intelligas. mihi quidem integrum eſſe non videtur. Ait rerum naturam tantis malis fatigatam quieviſſe randē, ac ſopitam eſſe. Igitur magis ex mente ejus fuerit,

——— σκιοειδὲς ἑὸν πτερὸν ὕπνος ἑλίξας
ἔυνασε κεκμηυῖαν ὅλην φύσιν.

alibi ſimile mendum fuit.

56. 6. τοῦ δὲ κορυσσομένοιο φυῆς πολυειδέϊ μορφῇ] eſt (32)
nera φλυαρία, qua nihil magis odimus. φυὴ, ne quis erret, hîc non eſt ἡ φύσις, neque etiam τὸ ἐξ ἔιδους τε καὶ ψυχῆς ἀγαθὸν, quod ἦθος appellatur, unde apud Ariſtotelem eſt, ἐκ τῶν ἐπιφαινομένων ἠθῶν φυσιογνωμονεῖν; ſed in corpore, & ejus membris, exterior forma, quæ ἔιδος quoque eſt, & μορφὴ. tria hæc unum ſunt, & idem. quare obtundit, dum ſimul jungit omnia.

56. 19. αἰθέρος ὀχλίζοντα παλινδίνητον ἀνάγκην] (33)
errat in re vulgata, quam nemo mediocriter eruditus neſcit. Neque enim Atlas ὀχλίζει τὸν ὀυρανὸν, ſed humeris ſuis ſuſtinet. quod ſic fieri ex veterum Phyſicorum ſententia refert Ariſtoteles Metaphyſicorum libro quarto, quēadmodum αἱ κίονες ἔχουσι τὰ ἐπικείμενα βάρη. At quæ colūnis impoſita ſunt, fulciuntur illa quidem, ſed nulla fit μετακίνησις. quare miſerè balbutit. dicendum enim fuerat, ut ego ſentio,

Meta. phyſ. 4. cap. 23.

αἰθέρος ὀχμάζοντα παλινδίνητον ἀνάγκην.

sic quidem tolerabilius. etsi tamen adhuc nescio quid Nonnicum redolet.

(33) 56.23. ἱμασσομέναις] hoc omnem stuporem superat, si ab illo est. quis enim loris cædi idem putet esse, quod ῥίπτεσθαι? aut quis lapides, qui fundis in aerem mittuntur, dicat ἄνω ἱμάσσεσθαι? sanè id desperatæ inscitiæ sit. fallam ego ipse me, & credam potius scriptum primitus fuisse,

———ἱμασσόμεναι δὲ κολώναις
ταρβαλέαι φυγέτωσαν ἀνάλκιδες οὐρανὸν ὧραι.

vacet igitur hoc crimine, per me licet. etsi iterum illud non probo, in hac re de scutica perperam cogitari. jejunum enim est, & geminum cum illo μαστίζειν, quod supra reprehẽdimus. poterat, si genium habuisset, non paulo melius dixisse,

——— ἀρασσόμεναι δὲ κολώναις
ταρβαλέαι φυγέτωσαν, &c.

(33) 56.25. ——— περιπλέγδην δὲ λαβοῦσαι
ἠέρι μίξατε γαῖαν] hominem ferocientẽ serò tandem ad se redire sinit animi fervor. dixerat supra,

χεῖρες ἐμαὶ Διὸς οἶκον ἀράξατε.

nunc post longam & vesanam orationem, pertendit demum dicere, quod multò antè cœperat,

——— περιπλέγδην δὲ λαβοῦσαι.

reliqua διὰ μέσου ponit, aliena nimis, & ἔξωθέν ποθεν ἐπεισκυκλούμενα, nullo rationum nexu. hoc ferendum non fuit. Amat quidem Thucidides τὸ κατὰ τὰς ὑπερβάσεις παράβολον, καὶ ἀκροσφαλὲς: & Demosthenes quoque in his aliquid supra vulgus audet: sed uterque meliore cõsilio. interjiciunt enim ea, quæ spectant ad id, in quo definent. quod tunc fit prolixiùs, cum rationes aliæ aliis firmandę sunt.

quarę

quare necessario id magis, quam composito, facere videntur. trahunt enim eos res ipsæ, & cogunt quasi ἐξ ὑπογυίου λέγειν. Atque oratori quidem in hac parte, & historico plus licuit. cæteri hic moderatiores sunt, & breviores. In illo Odysseę nihil quidquam est, quod tollere velis, Lib. x.

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπη ἀνεῖται, ἀλλὰ φραζώμεθα πάντες.

omnia plena sunt. at noster multa hîc temerè, & sine causa ὑπερβιβάζει. mox nō relabitur eōdē arte quadā, sed continuat potius, planè præter exspectationē. cum enim inciperet transilire, ita absolverat sententiā, ut nihil jam deesse videretur. atqui ὑπερβατὸν suspensos tenet animos, ac postea eosdem explet: hic malè explet, quos non suspenderat.

38. 22. υἱάσι δ' ἀντικέλευθον ἔχων τύπον Ἰφιμεδείης] admirabilis Nōnismus. Sequar, inquit, Iphimedeæ filios, ac simile illis facinus audebo. non dicit, quod in animo habet: quæ omnium maxima est infelicitas. ἀντικέλευθα sunt, quæ contrarium iter insistunt, & in diversa tendunt, ac pugnant inter se. quare hac parte nulla est similitudo. qui sobriè loquuntur, ἀντιφερόμενα dixerint, & ἀντιβαίνοντα. sic apud Aristotelem singulæ interiores sphæræ ἀντιφέρονται τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν αὐτῶν κύκλον. & apud eundem in Ethicis, sicut τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος contingit vitioso motu ferri, ita est in anima aliquid παρὰ τὸν λόγον πεφυκός, ἐναντιούμενον τούτῳ, καὶ ἀντιβαῖνον, sive, ut alibi ait, μαχόμενον τῷ λόγῳ, καὶ ἀντιτεῖνον. hæc si febriculosus aliquis ἀντικέλευθα faciat, ferri potest. etsi enim usus respuit, ἀναλογία tamen aliqua & ratio erit. nunc sic appellat quæ si- (34) Lib. 2. de Cœlo, cap. 10. Eth. 2. cap. 13.

milia ſunt, propter ſolam ſimilitudinis rationem. Hoc igitur inſigniter mendoſum eſt. Sed profectò malè ei procedit, quoties euangelia cõpilat. Semper enim cũ novo aliquo infortunio mactat malè uſurpatus τύπος. Magnæ prudẽtię fuiſſet in iſto ſcribendi genere hæc ſacra non violaſſe.

(35) 58. 31. λιπίσσομαι ἀντιφονῆος μείλιχον] malè. jam de armis dixit, quibus ſpoliandus ille miſer erat, reliquum eſt, ut in carcerem quoque compingatur. quare λιπίσσομαι nihil ad rem facit. & ἀντιφονεὺς inauditum eſt. legerim,

ῥωγαλέων σακέων γυμνούμενον ἄρεα δήσας
κοίρανον ὑσμίνης κλῃΐσσομαι ἀντὶ φονῆος
μείλιχον.

(35) 60. 19. ἥβη] neque hoc rectè. Iunonem enim jam ſupra ſibi ſponſam delegerat, cui nunc famularem turbam dat ex cæteris deabus. forte,

——— παφίη, χάρις, ἄρτεμις, ἥβη.

(36) 60. 32. ὅττι διηκοσίῃσι, καὶ οὐ διδύμαις πολεμίσσω χερσὶν ἐγὼ κρονίδῃ παρομοίιος] valde imprudenter. Negat enim illud ipſum; quod verboſè conabatur adfirmare, efficitque tandem ut pugnet τὸ συμπέρασμα cum argumento. Quare poterat hic à dialecticis exibilari. eſt enim puerilis ἀσυλλογιστία. dicendum fuit; κρονίδῃ ἀνομοίιος.

(37) 62. 18. ἵσατο δῆρις, ἔην δ' ἐνὶ γούνασι νίκης] eſt locus malè mutilatus: quem Falkenburgus infeliciter reſtituit, τοῦ διὸς ἵσατο, &c. quis tam putidè ineptus eſt, ut Pompejum cum Cęſare certantem faciat de ipſo Cæſare? conſtituendum eſt tertium aliquid ἀμφήριστον, de quo duo contendant. Ego lacunam ſic ſuppleverim,

——— οὐ κλόνος ἀμφὶ πόληος ὀλίζονος, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ οὐρανοῦ.

οὐρανοῦ ἵστατο δῆρις· ἔην δ' ἐνὶ γούνασι νίκης
σκῆπτρα διὸς, &c.
omnia plena sunt, numeri, sensus, rotunditas.
4. 10. τάπερ βεβριθότι παλμῷ] hæc aliter concepta fuerunt. forte, (38)

——— ἄλλα δὲ γαίης
ἔρνεα καλλιπέτηλα πάλιρ βεβριθότι παλμῷ
ζεὺς δέκων ἀμάθυνεν ἐνὶ σπινθῆρι κεραυνοῦ.

4. 13. ἀκοντίζοντο ἢ πεῦκαι] aliquid mendi latet. (38)
de piceis vix dum desiit dicere. nunc si repetit idē, obtundit. arbitror scriptum fuisse,

πολλὴ μὲν πτελέη σὺν ὁμήλικι ῥίπτετο πεύκῃ,
καὶ πλάτανος περίμετρος· ἀκοντίζοντο δὲ λεῦκαι
ἄντα διός.

de hoc nemo jam dubitet. certissimum enim est.
4. 15. τετράπλευρος ἴτυς] Quod felix faustumque sit, rem non vulgarem tandem aliquando didicimus, peripheriam sphæræ simul perfecte rotundam esse, & quadrilateram. Hoc tam insigne Mathematicum theorema primus ex Ægypto in Græciam attulit Nonnus. quare pro tanto benificio æneus stare debuit. Antea Euclides, & alii quidam ab ejus disciplina, crediderant omnem superficiem τετράπλευρον terminari quatuor lineis, τρίπλευρον tribus, πολύπλευρον multis, circulum autem unâ. atque in sphæræ quidem integræ superficie illud non apparere: quod si spectetur ejus genesis, verissimum esse. Sed illi semidocti fuerunt; & poterant hoc tanto auctore repudiare quædam antea recepta, & admittere quæ nō observaverant. (38)
58. 5. διερὴ ἢ φύσις τερσαίνετο λύθρῳ] nihil est hac lectione infrunitius. non enim exiccantur fluctus hac affusione, sed magis etiam exundant. & Sicu- (40)

lum mare Pœnorum occiſorum ſanguis tinxit potius & infecit, quàm minuit. deinde aliud longè eſt, quod videtur ſenſiſſe. ait enim τὸν γηγενῆ voluiſſe integris effuſis fluviis fulmen extinguere, quod in ſe torquebatur: ſed fruſtra fuiſſe, quia aquas omnes abſumpſit ignis. quare jam in médo eſt φύσις, & λύθρον adulterinum eſt. res aperta eſt, & jam ipſa pro nobis clamat legendum eſſe,

——— καὶ ἔζεσε δίψιον ὕδωρ
αἰθαλόεν· διερὴ δὲ χύσις τερσαίνετο ῥείθρων.

(41) 68. 18. κρᾶτα παρακλίνας] expecto jam Deum aliquem ex machina, qui pugnæ hujus narrationem abrumpat. jam enim ſatis deſævit tragica quadam arte, & ampullatus eſt. Si porro pergit ferocire, metus eſt ne nos tundendo atque odio enecet. In his duobus libris nihil vomuit niſi ſeſquipedalia verba. ubique falſa quædam Ideæ ſublimitas, & tumor apparet, ſi pauca exceperis, in quorùm ἑρμηνεία miſerè jacuit, quæ jam antè indicavimus. cætera ejuſmodi ſunt, ut non de alterius vano conatu, & temeritate loqui, ſed ut ipſe cœlum oppugnare, & Deos de ſuis ſedibus dejicere videatur voluiſſe. Quò enim alioqui tot & tanti πύργοι ῥημάτων, quos operoſè ſtruit, ut nubes conſcendat, & caput condat inter ſydera? Sed ut Terræ alumnus infeliciter hoc tentavit, ita & noſter quoque exiguam hîc laudē reportat ab iis, quorum incolume eſt & ſanum de toto hoc genere judicium. Certè non ita malè nobiſcum actum eſt, neque tanta ſeculi barbarie vivimus, ut diſcrimen facere alba linea, aut omnino videre non poſſimus,

Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

mihi quidem conſilium eſt in hujus ſcriptis ſingula quæ-

ha quæque excutere,& quæ prava, incompta, ac ambitiosa sunt, reprehĕdere, tanto liberius, quanto major pro nobis stat antiquissimorum autorum manus, quorum majestatem, puritatem, simplicitatem & venerari nos decet,& sequi. His steterunt illi,& his imitandi sunt. Cæteros, qui studio quodam novandi puritatem illius seculi infecerunt, etsi ipsa vetustate tueri se posse existimentur, leviter tangere jus & fas est. Atque alia quidem multa & culpavimus jam antea,& occurrĕt etiam plura in his, quæ sequuntur. nunc illud sese offert, quod ex præstantissima dicendi virtute tanquam vitium quoddam nascitur. Nihil est divinius quam grande dicendi gĕnus: quod quia cursu magno sonituque fertur, omni modo permovet animos, & jam perfringit, jam irrumpit in sensus. Hujus veluti morbus quidam est ὁ ὄγκος, verè dedecus & dehonestamentum rei pulcherrimæ. quare sicut illud magna cōtentione & studio adfectarunt omnes; ita ab hoc, tanquam à peste, abhorruerunt quicunque ex veteribus in admiratione nunc sunt. videbant nihil facilius esse, quam ut animus, ubi semel incensus & excitatus est, modum omnem excederet & temperamentum. quod cum fieret, planè contra, quam speraverant, pro admiratione risum se movere. quanto enim illud excellentius videretur, tantò hoc magis joculare esse. Non igitur satis habuerunt ea ad nos transmittere, quæ primo calore fudissent; sed refrigerato inventionis amore, diligentius singula repetita tanquam lectores perpendebant; & si quid ultra perfectum trahebatur, id recidere malebant, quàm retinere. Neque enim impetum ad hæc sufficere & ingenium

cum

cum Democrito putabant, sed artem quoque advocabant & curam. Nonnus noster, qui semper amat ἱεροβατεῖν, confidentia quadam & temeritate ausus fuit chartis illinere quicquid æstu illo & fervore in mentem venisset. Igitur sæpe extra se quasi esse videtur; neque alta & magna loquitur, sed μετέωρα & aliena. Ex paucis locis, quę adducam, conjectura de cæteris quoque fiet. nam omnia colligere neque patientiæ nostræ est, neque otii. Certe hîc
(41) quidem sine modo & lege contigit illi ἐνθουσιᾷν. pag. 68. ubi de fulmine ait,

——— στεροπῆς δ' ἐτύχησε τυφωεὺς
θερμὸν ἀμειβομένης ἕλικα δρόμον· αἶψα δὲ πέτρη
ἀκροφαληριόωσα μελαίνετο μάρτυρι καπνῷ.

Sunt tintinnabula quædam. & mox,

πεπλαμένης παλάμης μεσάτῳ νωμήτορι καρπῷ.

plane dithyrambicum est. item,

——— μεταστρεφθεῖσα δὲ πολλὴ
ἠερίῃ στροφάλιγγι παλιννόστοιο πορείης
αὐτομάτη τόξευεν ὀϊστευτῆρα κολώνη.

nimis sunt sufflata. Deinde paucis interjectis,

——— πολυφλοίσβῳ δὲ βελέμνῳ
αἰθέρος ὀρχηστῆρες ἐβακχεύοντο κεραυνοί.

de re magna agit, quam dum augere vult, in tumorem excrescit. pro sublimi enim turgidus fit, ubi eum natura rei exurgere jubebat. Adeo modum, qui hanc quoque laudem absolvit, servare nescüt. Nusquam magis prudentia opus est, quàm in hac Ideâ. ubi si quid à temperamento decedis, nihil das nisi ineptum strepitum. Illa quoque va-
(23) vissima sunt, pag. 42. 15.

καὶ ποδὸς ἀγκύλον ἴχνος ἔχων ὀφιώδεϊ ταρσῷ
ἰὸν ἀκοντιστῆρος ἀπέπτυεν ἀνθερεῶνος.

Hæc

Hæc qui legit, non terretur, opinor, neque expavescit, sed risu potius diducit rictum. {Apparet enim verborum ingens ambitus, & sensus insolenter est turbatus, tollitque τὴν δεινότητα peregrinitas quædam, qua exile fit & contemptibile, quod magnum videri & horrendum debuit. Ita dum plus ostentare vult, quam res postulat, minus aliquid efficit, quam in re est. Hydropicos ajunt, cum corpore sint distento, maxime tamen esse aridos. Idem hic fit, ubi prava magnitudinis affectatio nihil habet solidi, sed in fumum tandem abit & ventos. Quod longe aliter evenit, quoties sensus aliquis veri & genuini ὕψους nos tangit. Erigit enim se, quicunque audit, & magnis cogitationibus animum implet, ac favet ingenio suo, & quod alius dicit, id à se & inventum & dictum credit. Me quidem sanè magis commovet unus Aiax, qui in tenebris pugnans lucem optat, quam hic stramineus Deorum hominumque rex, cui quam proximè fuit ut imperium eriperetur. Quid, obsecro, illis Homericis majus est & animosius?

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας ἀχαιῶν·
ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον.

nemo est, qui cum illo Heroe vitam quoque ipsam profundere nolit. Putemus jam nostrum in simili re vires suas tentasse. videor videre sophistam, postquam multum sudavit, magno apparatu tandem aliquid hujusmodi eructantem:

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ βλέψον ὅπως αὐλόχθονι παλμῷ
ὀξὺς ἀερσιπότητος ἀνέδραμε χῶνος ὁμίχλης·
μὴ ζοφερὴν ἀνάνηλον ἀναστήσειας ἐνυώ·
μὴ στρατιὴν δαμάσειας ἀφεγγέϊ δηϊοτῆτι.

ἐν δὲ

ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον ἐϋκλέϊ μάρτυρι πότμῳ.

comparentur hæc putida cum divinis illis. apparebit aliter ſues olere, aliter catulos. & tamen malè peream, niſi aut ſic, aut multò ſtultius ineptiiſſet. in ſingulis enim veſtigia ejus preſſi, & extant pene
(549) eadem pag. 834. & 630. Enimverò non ſatis habuit
(413) in his duobus tantum libris hoc modo inſanivisſe, ſed in cæteris quoque ubique & ſemper fere talis eſt. pagina 768. illa ſunt plena amentiſſimi ſpi-
(505) ritus,

——— ἀμφὶ δὲ δειρὴν
μορφέος αὐτοέλικτος ἐλίσσετο πυρσὸς ἐχέφρων
αὐχένι μιτρώσας πυριθαλπέος ὅρμον ἀνάγκης
εἰλυφόων· πυρόεν δὲ μετὰ σέφος ἀνθερεῶνος
ταρσὸν ἐς ἐσχαλόεντα θορὼν ἐπιβήτορι παλμῷ
ἀμφὶ πόδα προμάχοιο περίπλοκον ἔστεφε σπειρὴν,
σείων ἐν δαπέδῳ σαθερὸν σέλας ἅλματι πεζῷ.

in his ego, qui meus ſtupor eſt, nihil video niſi ineptam putiditatem, & leves atque inanes ſonos. Nam & *πυρσὸς ἐχέφρων* phrenetici eſt, & *πυριθαλπέος ἀνάγκης ὅρμος* veſani, & *ἐπιβήτωρ παλμὸς* parum ſobrii. Neque ſanè pluris illud eſt, *εἰς ἐσχαλόεντα ταρσόν*. videtur enim non de membris humani corporis loqui, ſed de terræ vaſtiſſimo tractu, qui ab oriente ad Mæotidis paludem tendit, aut ad columnas Herculis. Magis convenienter Theocritus,

ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχαλόεντα·

jam vero *πεζὸν ἅλμα* inſolenter. & *σαθερὸν* minus rectè. quomodo enim firmum ſit & ſtabile, quod ipſe ait celerrimo motu ſubſultare & agitari? de æſtate & meridie alia res eſt. neque ſolem dixit *σαθερὸν* Apollonius, ſed diem. nō quia ita eſt, ſed quia

videtur

videtur. dedit enim hoc vulgi auribus, non vero. quod dum facit, non evertit id quod dicit, etsi dicit quod non sentit. Alibi diluvium facit

——— ῥόον ἠερόφοιτον ἀκοντιστῆρα μελάθρων.

pag. 382. 19. ubi primò intueris, nescio quid grãde videbitur τὸ ἠερόφοιτον, & ῥόος ἀκοντιστής. si propius accedis, subsidit tumor ille & evanescit. Quin imprudenter ait μελάθρων. quantulum enim hoc est? etiam levi inundatione illud fit. nunc de diluvio agit, quo ipsi montes tegebantur. Rursus igitur duo diversissima jungit, tumorem & jejunitatem. hæc est ἐν τῇ διανοίᾳ: ille ἐν τῇ λέξει. Poterat, si sa-buit, scripsisse, (249)

——— ῥόον ἠερόφοιτον ἐς οὐρανὸν ἐκβρασθέντα.

ametsi, fateor, præter morem ejus & ingenium hoc it. nihil enim acrius vitavit, quam talem σύνθεσιν. n quo sane dignus fuit cum sua religione odio. est nim multis locis apprimè necessaria. Sed de his on est nunc dicendi tempus. Illud constat, quæ dduximus, omnia ventosa esse, φλοιώδη, & sono- à nugaméta. in quibus nihil minus reperias, quàm ὕψος, quod tamen ubique adfectat, sed malè, uti m apparuit, sine arte ulla, solo naturæ impulsu. æc ejus ingenis æstuantia castiganda fuit. ne imnè quidvis scripsisse, & seculorum reliquorum dicium, quod de his futurum erat, contempsisse deretur.

). 5. καὶ στεροπὴν δίιπάλλε. διϊπετέες δὲ κεραυνοί] (42)
r hæc alii intacta reliquerint, causam non scio. rtè enim corrupta sunt. quis sanus in se conver- tela sua, ac non potius in hostem? non potuit μητιέτης ille tam amens fuisse, ut hoc faceret, t noster, ut scriberet. Arbitror totum locum

ita

αἰθέρος ὀχμάζοντα παλινδίνητον ἀνάγκην.

ſic quidem tolerabilius. etſi tamen adhuc neſcio quid Nonnicum redolet.

(33) 56. 23. ἱμασσομέναις] hoc omnem ſtuporem ſuperat, ſi ab illo eſt. quis enim loris cædi idem putet eſſe, quod ῥίπτεσθαι? aut quis lapides, qui fundis in aerem mittuntur, dicat ἄνω ἱμάσσεσθαι? ſanè id deſperatæ inſcitiæ ſit. fallam ego ipſe me, & credam potius ſcriptum primitus fuiſſe,

——— ἱμασσόμεναι δὲ κολώναις
περβαλέαι φυγέτωσαν ἀνάλκιδες ὑγρὸν ὦραι.

vacet igitur hoc crimine, per me licet. etſi iterum illud non probo, in hac re de ſcutica perperam cogitari. jejunum enim eſt, & geminum cum illo μαστίζειν, quod ſupra reprehēdimus. poterat, ſi genium habuiſſet, non paulo melius dixiſſe,

——— ἀρασσόμεναι δὲ κολώναις
ταρβαλέαι φυγέτωσαν, &c.

(33) 56. 25. ——— περιπλέγδην δὲ λαβοῦσαι
ἠέρι μίξατε γαῖαν] hominem ferocientē ſerò tandem ad ſe redire ſinit animi fervor. dixerat ſupra,

χεῖρες ἐμαὶ Διὸς οἶκον ἀράξατε.

nunc poſt longam & veſanam orationem, pertendit demum dicere, quod multò antè cœperat,

——— περιπλέγδην δὲ λαβοῦσαι.

reliqua διὰ μέσου ponit, aliena nimis, & ἔξωθέν ποθεν ἐπεισκυκλούμενα, nullo rationum nexu. hoc ferendum non fuit. Amat quidem Thucidides τὸ κατὰ τὰς ὑπερβάσεις παράβολον, καὶ ἀκροσφαλὲς: & Demoſthenes quoque in his aliquid ſupra vulgus audet: ſed uterque meliore cōſilio. interjiciunt enim ea, quæ ſpectant ad id, in quo deſinent. quod tunc fit prolixiùs, cum rationes aliæ aliis firmandæ ſunt.

quare

quare necessario id magis, quam composito, facere videntur. trahunt enim eos res ipsæ, & cogunt quasi ἐξ ὑπογυίου λέγειν. Atque oratori quidem in hac parte, & historico plus licuit. cæteri hic moderatiores sunt, & breviores. In illo Odysseę nihil quidquam est, quod tollere velis, Lib. x.

ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπη ζόφος, οὐδ' ὅπη ἠώς,
οὐδ' ὅπη ἠέλιος φαεσίμβροτος εἶσ' ὑπὸ γαῖαν,
οὐδ' ὅπῃ ἀνεῖται, ἀλλὰ φραζώμεθα πάντες.

omnia plena sunt. at noster multa hîc temerè, & sine causa ὑπερβιβάζει. mox nō relabitur eôdē arte quadā, sed continuat potius, planè præter exspectationē. cum enim inciperet transilire, ita absolverat sententiā, ut nihil jam deesse videretur. atqui ὑπερβατὸν suspensos tenet animos, ac postea eosdem explet: hic malè explet, quos non suspenderat.

38. 22. υἱάσι δ' ἀντικέλευθον ἔχων τύπον ἰφιμεδείης] admirabilis Nōnismus. Sequar, inquit, Iphimedeæ filios, ac simile illis facinus audebo. non dicit, quod in animo habet: quæ omnium maxima est infelicitas. ἀντικέλευθα sunt, quæ contrarium iter insistunt, & in diversa tendunt, ac pugnant inter se. quare hac parte nulla est similitudo. qui sobriè loquuntur, ἀντιφερόμενα dixerint, & ἀντιβαίνοντα. sic apud Aristotelem singulæ interiores sphæræ ἀντιφέρονται τῷ οὐρανῷ κατὰ τὸν αὐτῶν κύκλον. & apud eundem in Ethicis, sicut τὰ παραλελυμένα τοῦ σώματος contingit vitioso motu ferri, ita est in anima aliquid παρὰ τὸν λόγον πεφυκὸς, ἐναντιούμενον τούτῳ, καὶ ἀντιβαῖνον, sive, ut alibi ait, μαχόμενον τῷ λόγῳ, καὶ ἀντιτεῖνον. hæc si febriculosus aliquis ἀντικέλευθα faciat, ferri potest. etsi enim usus respuit, ἀναλογία tamen aliqua & ratio erit. nunc sic appellat quæ similia (34) Lib. 2. de Cœlo, cap. 10. Eth. 2. cap. 13.

milia ſunt, propter ſolam ſimilitudinis rationem. Hoc igitur inſigniter mendoſum eſt. Sed profectò malè ei procedit, quoties euangelia cõpilat. Semper enim eũ novo aliquo infortunio mactat malè uſurpatus τύπος. Magnæ prudẽtię fuiſſet in iſto ſcribendi genere hæc ſacra non violaſſe.

(35) 58. 31. λωΐσσομαι ἀντιφονῆος μείλιχον] malè. jam de armis dixit, quibus ſpoliandus ille miſer erat. reliquum eſt, ut in carcerem quoque compingatur. quare λωΐσσομαι nihil ad rem facit. & ἀντιφονεὺς inauditum eſt. legerim,

ῥωγαλέων σακέων γυμνούμενον ἄρεα δήσας
κοίρανον ὑσμίνης κλῃΐσσομαι ἀντὶ φονῆος
μείλιχον.

(35) 60. 19. ἥρη] neque hoc rectè. Iunonem enim jam ſupra ſibi ſponſam delegerat, cui nunc famularem turbam dat ex cæteris deabus. forte,

——— παφίη, χάρις, ἄρτεμις, ἥβη.

(36) 60. 32. ὅττι διηκοσίῃσι, καὶ οὐ διδύμαις πολεμίσσω χερσὶν ἐγὼ κρονίδῃ πανομοίιος] valde imprudenter. Negat enim illud ipſum, quod verboſè conabatur adfirmare, efficitque tandem ut pugnet τὸ συμπέρασμα cum argumento. Quare poterat hic à dialecticis exibilari. eſt enim puerilis ἀσυλλογισία. dicendum fuit; κρονίδῃ ἀνομοίιος.

(37) 62. 18. ἵστατο δῆρις, ἔην δ' ἐνὶ γύναισι νίκης] eſt locus malè mutilatus: quem Falkenburgus infeliciter reſtituit, τοῦ διὸς ἵστατο, &c. quis tam putidè ineptus eſt, ut Pompejum cum Cęſare certantem faciat de ipſo Cæſare? conſtituendum eſt tertium aliquid ἀμφήριστον, de quo duo contendant. Ego lacunam ſic ſuppleverim,

——— οὐ κλόνος ἀμφὶ πόληος ὀλίζονος, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτοῦ οὐρανοῦ.

οὐρανοῦ ἵσατο δῆρις· ἔην δ' ἐνὶ γούνασι νίκης
σκῆπτρα διὸς, &c.

omnia plena sunt, numeri, sensus, rotunditas.

54. 10. τάπερ βεβριθότι παλμῷ] hæc aliter conceptafuerunt. forte, (38)

——— ἄλλα δὲ γαίης
ἔρνεα καλλιπέτηλα παλὴρ βεβριθότι παλμῷ
ζεὺς ἀέκων ἀμάθυνεν ἐνὶ σπινθῆρι κεραυνοῦ.

54. 13. ἀκοντίζοντο δὲ πεῦκαι] aliquid mendi latet. (38) de piceis vix dum desiit dicere. nunc si repetit idē, obtundit. arbitror scriptum fuisse,

πολλὴ μὲν πτελέη σὺν ὁμήλικι ῥίπτετο πεύκῃ,
καὶ πλάτανος περίμετρος· ἀκοντίζοντο δὲ λεῦκαι
ἄντα διός.

de hoc nemo jam dubitet. certissimum enim est.

54. 15. τετράπλευρος ἴτυς] Quod felix faustumque sit, rem non vulgarem tandem aliquando didicimus, peripheriam sphæræ simul perfecte rotundam esse, & quadrilateram. Hoc tam insigne Mathematicum theorema primus ex Ægypto in Græciam attulit Nonnus. quare pro tanto benificio æneus stare debuit. Antea Euclides, & alii quidam ab ejus disciplina, crediderant omnem superficiem τετράπλευρον terminari quatuor lineis, τρίπλευρον tribus, πολύπλευρον multis, circulum autem unâ. atque in sphæræ quidem integræ superficie illud non apparere: quod si spectetur ejus genesis, verissimum esse. Sed illi semidocti fuerunt; & poterant hoc tanto auctore repudiare quædam antea recepta, & admittere quæ nō observaverant. (38)

58. 5. διερὴ δὲ φύσις τερσαίνετο λύθρῳ] nibil est hac lectione infrunitius. non enim exiccantur fluctus hac affusione, sed magis etiam exundant. & Sicu- (40)

lum mare Pœnorum occisorum sanguis tinxit potius & infecit, quàm minuit. deinde aliud longè est, quod videtur sensisse. ait enim τὸν γηγενῆ voluisse integris effusis fluviis fulmen extinguere, quod in se torquebatur: sed frustra fuisse, quia aquas omnes absumpsit ignis. quare jam in médo est φύσις, & λύθρον adulterinum est. res aperta est, & jam ipsa pro nobis clamat legendum esse,

——— καὶ ἔζεσε δίψιον ὕδωρ
αἰθαλόεν· διερὴ δὲ χύσις τερσαίνετο ῥείθρων.

(41) 68. 18. κρᾶτα παρακλίνας] expecto jam Deum aliquem ex machina, qui pugnæ hujus narrationem abrumpat. jam enim satis desæviit tragica quadam arte, & ampullatus est. Si porro pergit ferocire, metus est ne nos tundendo atque odio enecet. In his duobus libris nihil vomuit nisi sesquipedalia verba. ubique falsa quædam Ideæ sublimitas, & tumor apparet, si pauca exceperis, in quorùm ἑρμηνεία miserè jacuit, quæ jam antè indicavimus. cætera ejusmodi sunt, ut non de alterius vano conatu, & temeritate loqui, sed ut ipse cœlum oppugnare, & Deos de suis sedibus dejicere videatur voluisse. Quò enim alioqui tot & tanti πύργοι ῥημάτων, quos operosè struit, ut nubes conscendat, & caput condat inter sydera? Sed ut Terræ alumnus infeliciter hoc tentavit, ita & noster quoque exiguam hîc laudẽ reportat ab iis, quorum incolume est & sanum de toto hoc genere judicium. Certè non ita malè nobiscum actum est, neque tanta seculi barbarie vivimus, ut discrimen facere alba linea, aut omnino videre non possimus,

Quid solidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

mihi quidem consilium est in hujus scriptis singula quæ-

la quæque excutere, & quæ prava, incompta, ac ambitiosa sunt, reprehẽdere, tanto liberius, quanto major pro nobis stat antiquissimorum autorum manus, quorum majestatem, puritatem, simplicitatem & venerari nos decet, & sequi. His steterunt illi, & his imitandi sunt. Cæteros, qui studio quodam novandi puritatem illius seculi infecerunt, etsi ipsa vetustate tueri se posse existimentur, leviter tangere jus & fas est. Atque alia quidem multa & culpavimus jam antea, & occurrẽt etiam plura in his, quæ sequuntur. nunc illud sese offert, quod ex præstantissima dicendi virtute tanquam vitium quoddam nascitur. Nihil est divinius quam grande dicendi gẽnus: quod quia cursu magno sonituque fertur, omni modo permovet animos, & jam perfringit, jam irrumpit in sensus. Hujus veluti morbus quidam est ὁ ὄγκος, verè dedecus & dehonestamentum rei pulcherrimæ. quare sicut illud magna cõtentione & studio adfectarunt omnes; ita ab hoc, tanquam à peste, abhorruerunt quicunque ex veteribus in admiratione nunc sunt. videbant nihil facilius esse, quam ut animus, ubi semel incensus & excitatus est, modum omnem excederet & temperamentum. quod cum fieret, planè contra, quam speraverant, pro admiratione risum se movere. quanto enim illud excellentius videretur, tantò hoc magis joculare esse. Non igitur satis habuerunt ea ad nos transmittere, quæ primo calore fudissent; sed refrigerato inventionis amore, diligentius singula repetita tanquam lectores perpendebant; & si quid ultra perfectum trahebatur, id recidere malebant, quàm retinere. Neque enim impetum ad hæc sufficere & ingenium

cum Democrito putabant, ſed artem quoque advocabant & curam. Nonnus noſter, qui ſemper amat ἠεροβατεῖν, confidentia quadam & temeritate auſus fuit chartis illinere quicquid æſtu illo & fervore in mentem veniſſet. Igitur ſæpe extra ſe quaſi eſſe videtur; neque alta & magna loquitur, ſed μετέωρα & aliena. Ex paucis locis, quę adducam, conjectura de cæteris quoque fiet. nam omnia colligere neque patientiæ noſtræ eſt, neque otii. Certe hic
(41) quidem ſine modo & lege contigit illi ἐνθυσιᾷν. pag. 68. ubi de fulmine ait,

——— στεροπῆς δ' ἐτύχησε Τυφωεὺς
θερμὸν ἀμειβομένης ἕλικα δρόμον· αἶψα δὲ πέτρῃ
ἀκροφαληριόωσα μελαίνετο μάρτυρι καπνῷ.

Sunt tintinnabula quædam. & mox,

πεπλαμένης παλάμης μεσάτῳ νωμήτορι καρπῷ.

plane dithyrambicum eſt. item,

——— μεταστρεφθεῖσα δὲ πολλῇ
ἠερίῃ στροφάλιγγι παλιννόστοιο πορείης
αὐτομάτη τόξευεν ὀϊστευτῆρα κολώνη.

nimis ſunt ſufflata. Deinde paucis interjectis,

——— πολυφλοίσβῳ δὲ βελέμνῳ
αἰθέρος ὀρχηστῆρες ἐβακχεύοντο κεραυνοί.

de re magna agit, quam dum augere vult, in tumorem excreſcit. pro ſublimi enim turgidus fit, ubi eum natura rei exurgere jubebat. Adeo modum, qui hanc quoque laudem abſolvit, ſervare neſciit. Nuſquam magis prudentia opus eſt, quàm in hac Ideâ. ubi ſi quid à temperamento decedis, nihil das niſi ineptum ſtrepitum. Illa quoque va-
(23) viſſima ſunt, pag. 42. 15.

καὶ ποδὸς ἀγκύλον ἴχνος ἔχων ὀφιώδεϊ ταρσῷ
ἰὸν ἀκοντιστῆρος ἀπέπτυεν ἀνθερεῶνος. ..

Hæc

Hæc qui legit, non terretur, opinor, neque expavescit, sed risu potius diducit rictum. Apparet enim verborum ingens ambitus, & sensus insolenter est turbatus, tollitque τὴν δεινότητα peregrinitas quædam, qua exile fit & contemptibile, quod magnum videri & horrendum debuit. Ita dum plus ostentare vult, quam res postulat, minus aliquid efficit, quam in re est. Hydropicos ajunt, cum corpore sint distento, maxime tamen esse aridos. Idem hic fit, ubi prava magnitudinis affectatio nihil habet solidi, sed in fumum tandem abit & ventos. Quod longe aliter evenit, quoties sensus aliquis veri & genuini ὕψυς nos tangit. Erigit enim se, quicunque audit, & magnis cogitationibus animum implet, ac favet ingenio suo, & quod alius dicit, id à se & inventum & dictum credit. Me quidem sanè magis commovet unus Aiax, qui in tenebris pugnans lucem optat, quam hic stramineus Deorum hominumque rex, cui quam proximè fuit ut imperium eriperetur. Quid, obsecro, illis Homericis majus est & animosius?

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος υἷας ἀχαιῶν·
ποίησον δ' αἴθρην, δὸς δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι·
ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον.

nemo est, qui cum illo Heroe vitam quoque ipsam profundere nolit. Putemus jam nostrum in simili re vires suas tentasse. videor videre sophistam, postquam multum sudavit, magno apparatu tandem aliquid hujusmodi eructantem:

Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ βλέψον ὅπως αὐτόχθονι παλμῷ
ὀξὺς ἀεροπόρητος ἀνέδραμε κῶνος ὀμίχλης·
μὴ ζοφερὴν ἀνάντητον ἀναστήσειας ἐνυώ·
μὴ στρατιὴν δαμάσειας ἀφεγγέϊ δηϊοτῆτι.

ἐν δὲ

ἐν δὲ φάει καὶ ὄλεσσον ἐϋκλέϊ μάρτυρι πότμῳ.

comparentur hæc putida cum divinis illis. apparebit aliter ſues olere, aliter catulos. & tamen malè peream, niſi aut ſic, aut multò ſtultius ineptiiſſet. in ſingulis enim veſtigia ejus preſſi, & extant pene
(549) eadem pag. 834. & 630. Enimverò non ſatis habuit
(413) in his duobus tantum libris hoc modo inſaniviſſe, ſed in cæteris quoque ubique & ſemper fere talis eſt. pagina 768. illa ſunt plena amentiſſimi ſpi-
(505) ritus,

——— ἀμφὶ δὲ δειρὴν
μορφέος αὐτοέλικτος ἐλίσσετο πυρσὸς ἐχέφρων
αὐχένι μιτρώσας πυριθαλπέος ὅρμον ἀνάγκης
εἰλυφόων· πυρόεν δὲ μετὰ στέφος ἀνθερεῶνος
ταρσὸν ἐς ἐσχαλόεντα θοὰν ἐπιβήτορι παλμῷ
ἀμφὶ πόδα προμάχοιο περίπλοκον ἔστεφε σπειρὴν,
σείων ἐν δαπέδῳ σταθερὸν σέλας ἅλμασι πεζῷ.

in his ego, qui meus ſtupor eſt, nihil video niſi ineptam putiditatem, & leves atque inanes ſonos. Nam & *πυρσὸς ἐχέφρων* phrenetici eſt, & *πυριθαλπέος ἀνάγκης ὅρμος* veſani, & *ἐπιβήτωρ παλμὸς* parum ſobrii. Neque ſanè pluris illud eſt, *εἰς ἐσχατόεντα ταρσόν.* videtur enim non de membris humani corporis loqui, ſed de terræ vaſtiſſimo tractu, qui ab oriente ad Mæotidis paludem tendit, aut ad columnas Herculis. Magis convenienter Theocritus,

ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόεντα·

jam vero *πεζὸν ἅλμα* inſolenter. & *σταθερὸν* minus rectè. quomodo enim firmum ſit & ſtabile, quod ipſe ait celerrimo motu ſubſultare & agitari? de æſtate & meridie alia res eſt. neque ſolem dixit *σταθερὸν* Apollonius, ſed diem. nõ quia ita eſt, ſed quia videtur

detur. dedit enim hoc vulgi auribus, non vero. od dum facit, non evertit id quod dicit, etsi dicit ód non sentit. Alibi diluvium facit

——— ῥόον ἠερόφοιτον ἀκοντιστῆρα μελάθρων.

g.382. 19. ubi primò intueris, nescio quid grãde (249) debitur τὸ ἠερόφοιτον, & ῥόος ἀκοντιστής. si propius cedis, subsidit tumor ille & evanescit. Quin im-udenter ait μελάθρων. quantulum enim hoc est? iam levi inundatione illud fit. nunc de diluvio it, quo ipsi montes tegebantur. Rursus igitur o diversissima jungit, tumorem & jejunitatem. ec est ἐν τῇ διανοίᾳ: ille ἐν τῇ λέξει. Poterat, si sa-it, scripsisse,

——— ῥόον ἠερόφοιτον ἐς οὐρανὸν ἐκβρασθέντα.

netsi, fateor, prӕter morem ejus & ingenium hoc . nihil enim acrius vitavit, quam talem σύνθεσιν. quo sane dignus fuit cum sua religione odio. est im multis locis apprimè necessaria. Sed de his n est nunc dicendi tempus. Illud constat, quæ duximus, omnia ventosa esse, φλοιώδη, & sono-nugaméta. in quibus nihil minus reperias, quàm ὕψος, quod tamen ubique adfectat, sed malè, uti n apparuit, sine arte ulla, solo naturæ impulsu. ec ejus insignis æstuantia castiganda fuit. ne im-nè quidvis scripsisse, & seculorum reliquorum licium, quod de his futurum erat, contempsisse leretur.

.5. καὶ στεροπὴν διϊ πάλλε. διϊπετέες δὲ κεραυνοί] (42) r hæc alii intacta reliquerint, causam non scio. tè enim corrupta sunt. quis sanus in se conver- tela sua, ac non potius in hostem? non potuit t μητιέτης ille tam amens fuisse, ut hoc faceret, t noster, ut scriberet. Arbitror totum locum

ita

ita eſſe conſtituendum,

βροντὴν μὲν σάκος εἶχε, νέφος δέ οἱ ἔπλετο θώρηξ·
καὶ στεροπὴν χερὶ πάλλε· διιπετέος δὲ κεραυνοῦ
ἠερόθεν πέμποντο τριγλώχινες ὀϊστοί.

quamquam iterum ſtultum illud eſt, tonitru ei fuiſſe pro ſcuto. Non capio iſtud acumen. Fuerit
(37) tuba, ut pag. 62. fuerit denique quidvis aliud, dum ne modò ſit, quod noſter vult. At nubes pro thorace fuit. rectè ſanè. neque enim eadem eſt hujus cum illo ratio. Illud tegumen eſſe poterat; hoc minimè.

(42) 70. 7. *ἤδη γὰρ περίφοιτος ἀπὸ χθονίου κενεῶνος*, &c.] nihil eſt miſerius homine hoc ambitioſo. ubique judicio ſuo ſe prodit: ubique cum faſtu venditat neſcio quam oſtentatoriam eruditiunculam. non occaſionem obſervat, non tempus, ſed ſine delectu quidvis ex divite ſuo penu promit, quod modò opinionem aliquam excitare poſſit ſcientiæ cujuſdam. Legerat apud Ariſtotelem in libris Meteororum aliquid de cauſa tonitruum. Hoc quomodo nobis communicaret, nullam aliam viam reperiebat, quam ſi in hunc locum inferciret. Poſtquam enim multa fabuloſè dixit de fulmine, quod Iovi ereptum, & mox reſtitutum eſſet, tandem aliquantiſper poeta eſſe deſinit, & præter omnium expectationem philoſophus derepente evadit. Adeo non potuit fingendi rationem, quam in toto opere maximè ſequitur, ad imum uſque ſervare, qualis fuerat ab incepto: ſed voluit in medio aliquid intercinere, quod varietate ſua nos oblectaret. Igitur ex Lycæo Phyſica quædam obtorto collo huc trahit, ne ſimplex ſit & unum duntaxat ſcriptionis genus. Hæc eſt colorum diverſitas, quæ in admirabili

mirabili illo peristromate conspicitur.

μάρνατο δ' Κρονίδης, inquit, κεκορυθμένος· ἐν δὲ κυδοιμῷ

βροντὴν μὲν σάκος εἶχε· νέφος δέ οἱ ἔπλετο θώρηξ.
καὶ στεροπὴν χερὶ πάλλε. διϊπετέος δ' κεραυνοῦ
ἠερόθεν πέμποντο πυριγλώχινες ὀϊστοί,

hæc rectè. In cæteris, quæ subnectit, suaviter delirat,

ἤδη γὰρ περίφοιτος ἀπὸ χθονίου κενεῶνος
ξηρὸς ἀεραπότητος ἀνέδραμεν ἀτμὸς ἀέρρης,
καὶ νεφέλης ἔντοσθεν ἐελμένος αἴθοπι λαιμῷ
πνίγετο θερμαίνων νέφος ἔγκυον.

Vera quidem sunt omnia, sed quia proposito non conveniunt, inscitiam ejus, ἰδιωτείαν, & incredibilem stoliditatem arguunt. Aperit enim causæ suæ statum, & fabulis ipse suis fidem tollit. Deinde admodum subtiliter docet, cur fulgur deorsum, ac non sursum feratur.

———ἐπεὶ σέλας ὑψόθι βαίνειν
οὐ θέμις· ἀστεροπὴν γὰρ ἀναθρώσκουσαν ἐρύκει
ὀμβρηρῷ ῥαθαμιγγι λελουμένος ἰκμὸς ἀήρ
πυκνώσας νέφος ὑγρὸν ὑπέρτερον· ἀζαλέου δὲ
νειόθεν οἰγομένοιο διέδραμεν ἀλλόμενον πῦρ.

Nescio equidem quid hominis sit, neque quæ intemperiæ eum agitent: certè enim, nisi pueri sumus, aut planè stultescimus, facilè videmus istum pannum huic purpuræ assutum non convenire. Epici enim ut physica hæc non nesciunt, ita adumbrant ea, & tegunt figmẽtis. Interpretes, si quid hîc latet, sensum inclusum eruant. Empedocles quidem, cum naturalem scientiam tractaret, ποίημα non scripsit, sed φυσιολογίαν ἔμμετρον. Idem de Ethicis quoque judicium sit. Hesiodus in ἔργοις

exponit sensum illius αἶνε, quem attulit. rectè. est enim scriptum νουθετικόν. At in Aspide nusquam. Non enim hîc idem licuit, quod licebat illic. Scio quidem etiam in ἐποποιΐᾳ præcepta philosophiæ apertiùs proponi; sed ita, ut inducatur decenter aliquis, qui de his disserat, non ut poëta narret ex sua personâ. Huic quippe propositum est, cum nihil ipse docere videatur, nihil tamen quidquam omittere, quod ad formandos animos pertineat. Hæc ars quondam fuit, hæc veterum sapientia. Apud Apollonium Orpheus rerum causas aperit, & apud alios alii. Sed noster in hæc nondum penetravit. Quare facilè eum decipere potuit judicium suum; quod in his nullum, aut saltem exiguum erat. Maro, cum Teucrorum naves incensæ essent, Iovem his malis, post auditas Æneæ preces, succurrentem facit,

Vix hæc ediderat (inquit) *cum effusis imbribus atra*
Tempestas sine more ruit, tonitruque tremiscunt
Ardua terrarum, & campi: ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, densisque nigerrimus Austris.

alibi vero apud eundem senex ille queritur se jam pridem Divis invisum esse, & inutilem annos demorari,

——— *ex quo me,* inquit, *Divûm pater atque hominum rex*
Fulminis adflavit ventis, & contigit igni.

In his locis si divinus vates, tam levi occasione arrepta, docere Romanos cœpisset, Terram varia, &
„ multa expirare: quædam humida, quædam sicca,
„ quædam algentia, quædam concipiendis ignibus idonea;

idonea: hinc fulmina esse, & tonitrua, & imbres: quo animo Patres illos, & Equites hæc audituros fuisse arbitramur? Sane, si quid judico, interdicto Prætoris omne jus ei ademissent, & ad sanos propinquos abivisset tutela. Et tamen multo tolerabilius ineptivisset, quàm noster Græculus. Non enim hâc stetit hujus nugacitas, sed postquā tonitruum, de quibus solis loqui cœperat, causas attulit, pergit porro in simili argumento, & aliud ex alio nectit. Adjungit enim etiam originem ventorum,

——— ἀπὸ χθονίοιο δὲ καπνοῦ
λεπταλέου γεγαῶτος ἐμαιώθησαν ἀῆται.

Nisi hoc scivissemus, actum de nobis erat. Deinde de nubibus,

ἄλλην δ' ἐξ ὑδάτων μετανάστιον ἀτμίδα γαίης
ἠέλιος φλογεροῖσι βολαῖς αὐλωπὸν ἀμέλγων
τινθαλέῳ νοτέουσαν ἀνείρυσεν αἰθέρος ὁλκῷ.
ἡ δὲ παχυνομένη νεφέων ὠδῖνε καλύπτρην.

Ex nubibus rursus fiunt pluviæ,

σειομένη δ' ὅτι τάχιστον ἀραιοτέρῳ δέμας ἀτμῷ
ἂψ ἀναλυσαμένη μαλακὸν νέφος εἰς χύσιν ὄμβρου
ὑψηλὴν προτέρην μετεκίαθεν ἔμφυλον ὕλην.

Ut taceam putidissimam ἑρμηνείαν, omnia sunt aliena, neque possunt uni formæ reddi. Tandem, ubi de fulmine subjecit, concludit. Iam enim totum exhauserat philosophi illius locum, quem ei fors aliqua obtulit. Quare rursus incipit fieri μυθοποιὸς,

ζεὺς δὲ πατὴρ πτολέμιζε, &c.

Expectabam ut etiam Anaxagoræ, & Empedoclis opinionem refutaret, aut si quis alius dissensit. Sed bene est, quod tandem aliquando finem fecit. Tota enim res ad furorem ivisset. Alibi similiter eum visit amabilis hæc stultitia. Est enim ab eadē causa

illud, quod paulo ante dixit, pag.68. 6.

σβέσσαι μὲν μενέαινε γίγας θρασὺς αἰθέριον πῦρ,
νήπιος· οὐδ' ἐνόησε πυραυγέες ὅττι κεραυνοὶ,
καὶ στεροπαὶ γεγάασιν ἀπ' ὀμβροτόκων νεφελάων.

Quasi vero ille cogitare hîc debuerit, quid famelici sapientes super hac re decrevissent. Planè hoc friget, & simile est superioribus.

(42) 70. 11. De calida exhalatione agit, quæ densiori nubi inclusa mediam aliquam viam quærit, qua erumpat. Sed leviter corruptus est locus, quem sic restituo,

——— ἀμφὶ δὲ καπνῷ
τριβομένων κατὰ γῆν δὲ πυριτρεφέων νεφελάων
θλιβομένη περόρητο δυσέμβατος ἔνδομυχος φλόξ.

Aliter vir illustris. Sed illud magis conveniens videtur. Hic librariorum error fuit. At iste, qui sequitur, ipsius Nonni est. δυσέμβατον φλόγα dicit, quæ nubem coarctat, ac ægrè in ea agitur & movetur, sive, quod idem est, τὴν δυσχερῶς ἐμβαίνουσαν. Non temerè imperitiæ notandus est quisquam ex veterum censu: sed tamen si quid Græcè scimus, δυσέμβατα sunt avia omnia, & quibus insisti non potest. Hoc modo nubes ipsa, non autem ardens illa exhalatio, erat δυσέμβατος. & sic in omnibus, quæ de isto genere sunt, usus postulat, & recta ratio, quam ἀναλογίαν appellant. Lib. VI. Hist. animal, cap. XXVIIJ. αἱ ὗες αἱ ἄγριαι τοῦ ἔαρος ἀποχωροῦσιν εἰς τοὺς δυσβατωτάτους τόπους, καὶ ἀποκρήμνους μάλιστα, καὶ φαραγγώδεις, καὶ συσκίους. Sed quem potius, quam ipsum Nonnum, adversus se testem citamus? Ipse enim, quid rectum esset, vidit, quum pòst ait,

——— ἀνέμβατον αἰθέρα ναίων.

Hucusque hallucinari ibi desiit.

74. 24.

74. 24. legendum eſt, (45)

καλὸν ἀοσσητῆρ@ γέρων κρόν@ εὗρε, τυφωεῦ·

convertit enim ſe ad illum, ut irrideat.

76. 28. ἀλλὰ δόλῳ θέλξαντα τεὸν νόον ἐλπίδι νίκης (46)

χρυσῷ δῖσον ἔρωτα μετὰ χρυσῆς ἀφροδίτης.

Eſt futile argumentum, jocus frigidus, & inſulſus.

78. 29. —— προχέων ναέτην ῥόον ἥλικι ταρσῷ. (48)

meræ nugæ, & inepta grandiloquentia. de qua ante egimus.

80. 11. ῥηγυμένης κενεῶνα κεχηνότα ἧξεν ἀρύρης] (48)
mendoſè. quod cum videbant incomparabiles viri, ex conjectura δίξεν repoſuerunt. Sed pugnat hoc cum ſententia loci. Nihil enim porrò turbatum eſt, ſed omnia reſtituta ſunt, & pax ſua ac quies rebus rediit. Falkenburgus, εἶρξεν. Senſum adſecutus eſt, etſi non veram lectionem. Non erat tanti negotii tantilla res. lego,

καὶ ταμίη κόσμοιο παλιγγενέ@ φύσις ὕλης

ῥηγνυμένης κενεῶνα κεχηνότα φράξεν ἀρύρης.

In Euangeliis ſimilia penè extant; ad quorum imitationem ambitioſè ſe componit.

80. 30. πορθμεύων βιότοιο γαληναίοιο πορείην] Duram nimis & moleſtam provinciam cepimus, poſtquam ſemel auſi ſumus in errorum Nonni caſtigationem deſcendere. Quum enim antea animus ſeſe noſter melioribus curis dediſſet, nunc in Sophiſticis quiſquiliis volutari, & puerorum quoque nugas ſubinde cogitur recoquere. Sed initio conſiderandum fuit quid ageremus. Nunc quidē jam quoquoverſum feremur. Neque enim ullo modo eſt, ut reſilire poſſimus. πορθμὸν βίου & πόρον πορθμεύειν Græcum eſt. At πορθμεύειν βίου πορείαν planè Nonnicum & barbarum, & ineptum. Vadum (49)

 fluvii

fluvii qui trajicit, non πορεύεται πορθμὸν sed πορθμεύει. At iter qui facit, is verò Atticis πορεύεται πορείαν, & in medio sæpè πόρον reperit, quem transmittit, ut ulterius pergat proficisci. Apud Platonem in Menexeno Socrates Aspasiæ verbis ait, ἔργῳ μὲν ὑμῖν οἵδ᾽ ἔχουσι τὰ προσήκοντα σφίσιν αὐτοῖς, ὧν τυχόντες πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν, προπεμφθέντες κοινῇ μὲν ὑπὸ τῆς πόλεως, ἰδίᾳ δ᾽ ὑπὸ τῶν οἰκείων. Nimirũ fatalem πορείαν eam dixit, qua quisque post hanc vitam ad beatorum sedes contendit. Hoc iter neque facile esse, neque breve, in Phædone idem autumat, sed multas in eo reperiri σχίσεις, quas quũ trajicere nemo possit, dæmonem unicuique suum dari, ᾧ προστέτακται τοὺς ἐνθένδε ἐκεῖσε πορεῦσαι, hoc est, transmittere. quare falli Æschyli Telephum, siquidem ille ἁπλῆν πορείαν ait esse. quę opinio si vera esset, jam nullis ducibus opus esse. Ecce in medio itinere σχίσεις & πόρους. Sed de his satis, vel etiam nimis. Neque enim decuit ad rem Grammaticæ pulpæ probandam auxilium petere ex philosophia.

(51) 84. 5. Supra dixerat

πανδαμάτωρ ἀδάμαστος ἔρως θρασὺς εἰς φόβον ἔπτη,

id est, avolavit, & in fugam se dedit. Etiam hîc forte aliquid simile scripserat. Certum enim est cæteros terræ alumnos, cum victoriæ spem amissam viderent, ignavo metu in latebras se abdidisse. Quare non alienum aut abs re erit,

—— ὅπλα γίγαντος ὀλωλότος ἄφρονι γαίῃ
εἰς φόβον ἐσσυμένων ἐπεδείκνυε μητρὶ γιγάντων,

Si quis tamen alterum illud malit, non repugno.

In librum tertium Dionysiacorum.

36. 16. legendum est, (53)

εἰς σάμον ἀντικέλευθον ἐγερσιμόθοιο σκαμάνδρου
γείτονα σιθονίης.

Non enim erat ipsa Thracia, sed Thraciæ vicina. Loquitur de Electræ insula, in qua celebrabantur sacra Hecates, quibus qui initiati fuêre, tænia purpurea se cingebant, ut maris & tempestatum pericula evaderent.

36. 18. ——— *καὶ ὁλκάδα θέσπιδι ῥείη* (53)
θρηϊκίην πέμπευον ἐς ἤονα μάντιες αὖραι.

Intelligit opinor Cyzicum, ubi Dindymum promontorium, quod & Arctum appellabant, Rheæ cultu celebre. Imitatus autem est Apolloniũ, apud quem Iason Matrem deorum, quæ ibi erat, *τῆς εὐπλοΐας ἕνεκα* adire jubetur.

αἰσονίδη χρειώ σε τόδ' ἱερὸν εἰσανιόντα
δινδύμου ὀκρυόεντος ἐΰθρονον ἱλάξασθαι
μητέρα συμπάντων μακάρων. λήξουσι δ' ἄελλαι
ζαχρηεῖς.

Hujus exemplo Cadmus quoque unam ex navibus suis huc misit, ut auspicato navigaret. Interim stultum illud rursus est,

——— *πόμπευον ἐς ἤονα μάντιες αὖραι.*

hoc enim commentus est, quia hi, quos prosper ventus illuc ferebat, oracula ibant consultum. Sanè levicula causa tantæ insolentiæ. Cæterùm Cyzici littus cur Thracium dixerit, ambigi possit.

 Apud

Apud Rhodium enim, qui Arctum conscendunt, è regione jacentem vident totam Thraciæ περάιαν. Defendet tamen eum is ipse, quem sequitur, Rhodius. Nam & apud illum portus Cyzici est Thracius, quia Bithynia, cujus dextra pars Thracia quoque est, Cyzicum Phrygiæ jungit.

(53) 86. 19. Non amat Atticorum συναλοιφάς. Quare retineri istud non potest. Fortè,

καὶ σαμίνς ὁρόωντες ἀκοιμήτου φλόγα πεύκης.

Erant enim in sacris Hecatæ τῆς νυκτιπόλου accensæ faces, quas in mari quoque nautæ procul videbant.

(53) 86. 20. ἀγχίγυοι στείλαντο γεγηθότες ἱστία ναῦται] iterum pædagogis, & magistellis ludibrium debet. Nautas, qui ex alto ad littus appropinquant, ἀγχιγύους facit. Quis tam aversis Musis literas has tractavit, ut errorem hic non deprehendat? In Terentii fabula miser ille senex Chremeti ἀγχίγυος erat, qui agrum in proximo mercatus erat, in quo fodiendo supplicium usque de se filio suo dabat. Plutarchus ἀγρογείτονα dixisset. Quid jam mari cum terra commune est? quid littori cum agris cultis? quid his, quorum arua vicina sunt, & se mutuo confinio tangunt, cum illis qui terram procul aperiunt, & navim mox appellent? Illi stabilem sedem habitant. hi fluctibus adhuc jactantur. Nimium quantum dispar hæc ratio est. Sed facile est scire, quid ei in mente fuerit. Existimavit nihil interesse utrum oram insulæ maritimam ἀκτὴν diceret, an γῆν. In quo quidem multum animi falsus est. Non enim γύη est quævis terra, sed certa quædam terræ dimensio, neque cujusvis, sed illius demum, quæ colitur. Quare nec litora sunt γύαι, neque

ue petræ. Hoc est in verbis fidissimi servi apud
heocritum,

πᾶν μὲν δὴ πεδίον τόδ' εὔφρονος αὐγείαο,
πυροφόροι τε γύαι, καὶ ἀλωαὶ δενδρήεσσαι
μέχρι πρὸς ἐσχατιὰς πολυπίδακος ἀκρωρείης.

nitium erat ἀλωῶν & γυῶν, ubi scopulorum desi-
ebant extrema. Hęc vulgaria nescivit noster. qua-
e excusari non meretur. Quod si eum sequimur,
fricæ siticulosas arenas jugera appellabimus &
ovalia. Perinde enim erit, hoc, an illud eligatur.
erta enim est. Iam nihil obstat, quin hoc duce ad
ltimam barbariem eamus.

6. 21. νῆα δ' πορθμεύσαντες ἀκυμάντου σχεδὸν ὅρμου] (53)
tiam hîc meliora desideres. Nulla hîc est πόρθμευ-
ς. jam enim mare trajecerant, & legerant vela.
uare hoc tantum restabat, ut remigando portum
ubirent. debebat dixisse,

νῆα δ' προσκέλσαντες ἀκυμάντου σχεδὸν ὅρμου.

bid. 25. καὶ διερῆς ψαμάθοιο] hæc leviter corrupta (ibid.)
unt. scripserim,

——— ψαμάθοιο βαθυνομένου διὰ κόλπου
ἁλκάδος ἀγκυλόδοντες ἐπεσφήκωντο χαλινοί.

ltè enim penetrat anchoræ morsus, & perfodit
renam.

o. 2. ἐπιστείβουσι χιτῶνας] est portenti simile, si (55)
luctum & seriem spectes. Præstat igitur aliquid
παρακινδυνεύειν, & commento quopiam subveni-
e laboranti. Putemus scriptum fuisse,

——— ὅθι γλαφυροῖς ἐνὶ βόθροις
συμπλεκέων ῥυπόωσαν ἐπασσυτέρων στίχα πέπλων
. ποσσὶ πολυσκάρθμοισιν ἐπιστείβουσι γυναῖκες.

am nihil perplexum amplius, nec intricatum est.
Etsi fateor στίχα πέπλων ex narthecio ἀπειροκαλίας

 esse.

esse. Sed id novum non est.

(ibid.) Ibid. 13. νήπιος ἔπλετο κάδμος, ἢ ἔπλετο νῆις ἐρώτων] adeo pulcra sunt & suavia, quæ sequuntur, ut solo horum pretio multos errores suos possit redimere. Videor animadvertisse, quoties de amoribus aliquid ludit, planè eum dissimilem sibi esse. superat enim hîc ipse sese. Si hac sola re laudem sibi quæsivisset, jam nemo major illo esset. Nunc quum suis se tenere non poterat, aliam quoque personam sumpsit, quam dignè non egit. Nimirum Græculo sophistæ unum hoc convenit, teneris versibus juvenari, & frangi deliciis verborum, & lascivire τοῖς νοημτίοις. quod in amore & licet,& laudabile est. in cęteris immane vitium censetur, in quibus τὸ παίζειν, κακοτεχνεῖν ἐστιν. Explicuit igitur hîc copias suas,& quid posset, ostendit. Sunt tamen quædam, in quibus nimium sibi indulget. Modum enim,quod difficillimum est, sæpe non servat. Illud quidem certe vix est, ut probari queat,

ἤλιτον, οὐ ῥόον εἶδες ἀδώνιδος, οὐ χθόνα βύβλου
ἔδρακες, ἧχι πέλει χαρίτων δόμος,&c.

Vaticinetur cornix, sed instinctu ejus, à quo agitur. nihil mirabimur. Dicit enim quæ non capit, quæque nescit. At quomodo corriget dicta sua? Hoc paucorum hominum est, qui rectè sapiunt. Mox iterum sic nugatur, & parum abest quin syllogismum formet,

ἤλιτον· ἀλλά με κύπρις ἐπέπνευσεν. ἐκ παφίης γὰρ
θεσπίζω σέο λέκτρα, καὶ εἰ πέλον ὄρνις ἀθήνης.

Poterat hæc sine detrimento laudis suæ omisisse. Reliqua admirabilia sunt. Cæterum videtur Rhodium imitari, apud quem libro tertio quædam extant,

nt non omninò eadem quidem, ſed ad quæ ta-
en reſpexit.

ἀκλεικὴς ὅδε μάντις, ὅς ἐ δ' ὅσα παῖδες ἴσασιν
οἶδε νόῳ φράσσασθαι·

paucis interjectis,

ἔῤῥοις ὦ κακόμαντι, κακοφραδὲς· ὅτέ σε κύπρις,
ὅτ' ἀγανοὶ φιλέοντες ἐπιπνείουσιν ἔρωτες.

lanè ſunt veneres maſculæ. Nam neque fractæ
nt, neque diffluunt nimis.

ɔ. 26. ναὶ δὴ καὶ γαμίων ἐμβάλλεο φόρτον ἐρώτων] (56)
legantiſſimi loci venuſtatem obſcurarunt homi-
es malè feriati, & piſtrino digni. Ego pertinaciter
ontendo legendum eſſe,

σπεῦδε, καὶ ἠλεκτρη σὲ δεδέξεται, ἧς ἀπὸ χειρῶν
νηΐ τεῇ γαμίων ἐμβάλλεο φόρτον ἐρώτων
ἐμποριὴν φιλότητος ἐπιτρέψας ἀφροδίτῃ.

uaviſſimæ ſunt νοήσεις iſtæ, φόρτος τῶν ἐρώτων, &
ιλότητος ἐμπορίη, & navis, qua tandem virginem
vexit. Reſpondit enim vaticinio eventus. In his,
quiſquam alius, mirificus eſt.

ɔid. 33. ὡς φαμένη σφρήγισσε λάλον στόμα μάρτυρι (56)
γῇ] Videtur genio ſuo irato relictus eſſe, cum iſta
criberet. Sunt enim meræ quiſquiliæ & nugæ. Re-
ierat jã antè aliquãtiſper ad ſe, & ineptus eſſe de-
erat. nunc eum verſat rurſus prior morbus. Adeò
ullum bonum proprium nobis & perpetuum eſt.
equuntur deinde quædam alia, in quibus itidem,
t in iſtis, ſtrenuum hominem præbuit,

——— τανυσσαμένη τότε κάδμῳ
δάκτυλον ἀντιτύποιο νοήμονα μάρτυρα σιγῆς
σιγαλέον κήρυκα, δόμον σημήνατο πειθώ,

oc eſt, tacitè ei aulam reginæ oſtendit.
Simile eſt illud, pag, 110.33. (69)

——— καὶ ἄρε⁊ ἄζυγι κούρῃ
ὄρθια δινεύουσα νοήμονι δάκτυλα παλμῷ
ἁρμονίην ἐκάλεσσε τύπῳ τεχνήμονι φωνῆς.

nullum poteſt remedium huic malo reperiri. inſanabile enim eſt.

(56) 92. 7. forte

——— καὶ αἰθέρα δύσατο δαίμων
ἀλλοφανὴς πτερόεντι διαΐσσουσα πεδίλῳ.

(ibid.) Ibid, 10. &, 11. in promptu eſt emendatio,

——— ὃν ἠλέκτρῃ ποτὲ νύμφῃ
ἐργοπόνος λήμνοιο μυριναίη κάμε τέχνη.

alibi erit, ὁ λήμνιος ἐργαλίνης. Auratus & Turnebus μυρωναίη legerunt, à Myrone, ut monuit nos Falkenburgus in ἀνεκδότοις ſuis. Sed id neceſſe non fuit. Neque enim de ſtatuis agit, ſed de toto ædificio. Deinde rectiùs Myronis opus à primo artis illius auctore inſignitur, quam hujus ſtructura ab illo. longè enim poſterior fuit. Quare integrum eſt μυριναίη, à Myrina, quam in extrema Lemno poſuit Apollonius, lib. primo, ubi de Atho,

——— ἢ τόσσον ἀπόπροθι λῆμνον ἐοῦσαν,
ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
ἀκροτάτῃ κορυφῇ σκιάει καὶ ἐσάχει μυρίνης.

(57) 94. 4. Quæ ſequuntur, turbata ſunt omnia, & luxata.

εἰ ἐτεόν ποτε κεῖνον ἔτι σπαίροντα κονίῃ,
ὄμμασιν ἀκλαύτοισιν ἰδὼν δάκρυσεν ἀπόλλων·
καὶ τύπος ἀνθεμόεις μορφώσατο δάκρυα φοίβου,
αἴλινον αὐτοκέλευστον ἐπιγράψας ὑακίνθῳ.

Tranſpoſitio. Qui multa in his libris loco ſuo ejecta olim fuiſſe negat, injuriam facit maximis ſcriptoribus, in quos culpa redundabit imperitorum hominum. Id hîc quoque accidiſſe, penè certus ſum. Quare nihil in-

ſolenter

lenter fecero, si pauca transponam & emendem,

καὶ τύπῳ ἀνθεμόεις μορφώσατο δάκρυα φοίβου,
ἢ ἐτεὸν ποτε κεῖνον ἔτι σπαίροντα κονίῃ
ὄμμασιν ἀκλαύτοισιν ἰδὼν δάκρυσεν ἀπόλλων,
αἴλινον αὐτοκέλευστον ἐπιγράψας ὑακίνθῳ.

crymę, inquit, pictæ non aliter spirare videban-
r, quàm illo ipso tempore, quum effusæ sunt. Si
uid video, non malè hic divinavi.

4. 16. Incipit jam rursus se componere ad con- (58)
ndendum cum veteribus. In quo certamine, ma-
quodam fato suo, plerumque vincitur. De cani-
us in Alcinoi regiâ pauca, & sobriè, ut solet sem-
er, Homerus, ὀδ. η.

χρύσειοι δ' ἑκάτερθε καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν,
οὓς ἥφαιστος ἔτευξεν ἰδυίῃσι πραπίδεσσι,

æc vera sunt. At illud, quod subjicit,

δῶμα φυλασσέμεναι μεγαλήτορος ἀλκινόοιο,

on æquè est ad hanc normam. ferri tamen huc
sque potuit. sed ultra tendere non debebat, ne
neptiarum notaretur. Quod deinde verò addit, id
otum à Gratiis est, & à Musis,

ἀθανάτους ὄντας, καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα.

st enim ἔννοια apprimè pulcra. Adversùs hæc κοκ-
ύζειν noster non debuit. Magnæ enim temeritatis
d erat. Sed nihil intentatum voluit relinquere.
jus igitur sunt ista,

πολλαὶ δ' ἀντιλύπων μελέων τεχνήμονι σιγῇ,
χάσμασι ποιηλοῖσι σεσηρότος ἀνθερεῶνος
ψευδαλέων σκυλάκων στίχες ἔμφρονες ἄγχι θυρέων
ἕστασαν ἔνθα καὶ ἔνθα.

non stetit intra mediocritatem ejus audacia. no-
a quadam & insolita via grassandum fuit ad lau-
dem. Primo ridiculum est, μελέων σιγῇ. Nimis enim
hoc

hoc latè patet. Neque vox à pedibus est, aut à manibus, sed ab ore. Quare στομάτων dicendum fuerat. & metri lex non vetuit. Deinde illud meræ puerilitatis est, τεχνήμονι σιγῇ. Quid enim hic est, quod miremur? aut quî fieri id aliter potuit? Si aliquis latrantem canem fingat, novum id erit. at hic in silentio signorum, quæ sculpta fuit, artem ponit. Nõdum satis peccatum erat. addendum fuit, στίχες ἔμφρονες. Nihil reliquum factum est ad protervitatem & insolẽtiam. Theocritus ἐπιμηθεῖς facit istud animantium genus, sed negat ei esse φρένας νοήμονας. Minus aliquid dicit de his, quàm noster de signis aureis. Scilicet verò metallis quoque suus intellectus est. Si hoc verum sit, sapiat igitur & lapis quoque in posterum, & stipes. In cæteris, quæ sequuntur, non constat sibi.

——— καὶ ἀργυρέῳ κυνὶ γείτων
χρύσεος οἰδαίνοντι κύων συνυλάκτεε λαιμῷ
σαίνων ἠθάδα, φῶτα παραστείχοντι δὲ κάδμῳ
μιμηλῆς ἀπέπεμπε βοῆς ξεινοσσόον ἠχώ,
ποικιλῆς τ' ἐλέλιξε φιλοσόργου τύπον οὐρῆς.

tam misera nugacitas eludi, ut digna est, non potest. Quicquid enim dixeris, minus erit. Reprehenderunt jam pridem Theocritum viri incomparabiles, quod in κισσυβίου descriptione ingenio suo moderatus non sit,

ἄλλοκα μὲν τῆνον ποτιδέρκεται ἄνδρα γελοῖσα,
ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τὸν ῥιπτεῖ νόον.

non nego errasse. miror magis. Quod si tamẽ cum istis contendas, quanto leviora erunt? Non potest oculorum istum motum cœlo exprimere sculptoris manus, sed in viventibus tamen est. At noster in eisdem signis ita diversas finxit actiones, ut nec

in ullo

ullo animante simul esse possint.

.. 32. est jocularis error iste,

ὃς τότε μῦνθ ἄνασσε κασιγνήτοιο νομεύων
ἡνία κοιρανίης.

iebat ποιμένας λαῶν Homero esse reges & mode-
tores populi. Hoc adeò ei placuit, ut statim quasi
ρίν τινὸς ἐφαπτόμενος, laudem hanc cum illo vo-
erit dividere. Sed plusculum tamen ausus est, &
ri jure νομεύειν ad alia quævis traduxit, non ma-
no judicio. Hinc νομεύειν ἡνία est ἡνιοχεῖν. Romani
cerent, habenas pascere. quid potest esse magis
eregrinum? Aristoteles τὸ συγγενὲς, καὶ ὁμοειδὲς, καὶ
κατ᾽ ἀναλογίαν ἐν ταῖς μεταφοραῖς spectari debere
bique docet. quod ni fit, turpiter peccari. In hoc In Cyclo-
uripides offendit, apud quem Silenus miratur, pe.
uum à litore ad se venientes videt

κώπης ἄνακλας σὺν στρατηλάτῃ τινί.

ienum est κώπης ἀνάσσειν, & novum. sed stultius
men fuisset, κώπην νομεύειν. Miserum Euripidem,
ui illis temporibus natus sit, quum nondum in
ce hominũ esset Nonnus ὁ σοφός. potuisset enim
egantias quasdam ab hoc magistro discere, ex
jus placitis sol quoque νομέει ἅρμα, id est, gu-
ernat. Sic enim pag. 990. 16.

ἠέλιος δ᾽ ἀνέτελλε παλίνδρομον ἅρμα νομεύων. (651)

t idem error.

. I. πέτρας ἀρούρης] simile mendum suprà sustu- (59)
nus. lego,

Δάρδανος ἀντικέλευθον ἐνάσσατο πεῖραν ἀρούρης.

finibus Dardaniæ loquitur, qui erant ex adver-
Samothraciæ. Incomparabilis vir πῖαρ restitue-
t, & πεῖρας. Sed illud magis Nonnicum est. Fal-
enburgus πέτραν. malè. frustra enim aratro saxa

vertas,

vertas. at tractum illum ab eo cultũ fuiſſe ſubjicit,

ἰδαίην ἀροτῆρι διαγράψαι κόνιν ὁλκῷ.

Quod autem dixit ἀντικέλευθον, futile eſt. nihil enim alteri obviam fit, niſi quod movetur. Multo melius fuiſſet,

——— ἀντιπέραιαν ἐνάσσατο πέζαν ἀρούρης.

(59) 96.15. πρώτου γὰρ κελάδοντος ἐπειρήθη νιφετοῖο

ὤγυγος ἠλιβάτοιο δι' ὕδατος αἰθέρα τέμνων] frigidum eſt νιφετὸς de tanto diluvio: & tamen ubique ac ſemper ſic balbutit. Infelix ſophiſta, quem prurigo inceſſerat τοῦ πάντα αὐξητικῶς λέγειν, nunc de re, quam efficere maximam vult, ea dicit, quæ ne quidem vera ſunt καθ' ὑποκορισμόν. Fuerit ὑετὸς, fuerit aliud, quod ſimile modò ſit. At νιφετὸς ne ſit, quia nix concreta eſt, neque fluit, ſed cadit tantùm. Alibi aureum imbrẽ, qui in Danaes gremium defluxit, mira quadam ſimplicitate νιφετὸν eſſe dicit.

(156) pag. 242.1.

ἀλλὰ τί μοι βοέοιο γάμου τύπος, ἢ νιφετοῖο;

quod mox explicat,

εὐρώπη λίπε ταῦρον, ἔα δανάη χύσιν ὄμβρου.

ſtultiſſima ſunt, neque refelli debent. Non magis

(388) ſobriè illud lib. xx. pag. 592.28.

———ἐξ ἄρεος αἵματι νίφεις.

qui ingentem ſtragem dat, & campos ſanguinẽ perfundit, cum ait νίφειν. Quam accuratè nugatur! Mox etiam atramentum nix erit, aut ſi quid inſolentius ei in mentem venerit. Iam verò, ſi religioſi ſumus, mare non eſt ἠλίβατον, cum fluctibus altè exundat, quia ne tunc quidem eſt βατὸν, ſive pedibus pervium, cum ſternitur & æquatur. debebat potius,

——— ὑψηλοῖο δι' ὕδατος ἠέρα τέμνων.

98.4. θανούσῃ] ergo jam obierat mortem mater (60)
ejus. At hoc fallum eft. Viva enim fuit, valenſque, & hoſpitem excepit. legerim,

καί μιν ἑλὼν ξείνισσε· σὺν ἠλέκτρῃ δὲ τεκούσῃ
αἰόλα πιαλέῃς ἐπεκόσμεε δεῖπνα τραπέζης.

Falkenburgus γανούσῃ. neque ſatiſfacit.

100.20. Omnino ita eft. quotidie magis & ma- (62)
gis ingenium Nonni & dexteritatem miramur. Nihil enim quidquam temerè illum prçterit, quod dicto opus ſit, ut fidem nobis faciat doctrinæ ſuæ. Cadmus myſteria quædam de Nilo aperit, quem ſic appellari in patria ſua ait,

——οὔνεκα γαίῃ
εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος πεφορημένος ὑγρὸς ἀκοίτης
χεύματι πηλώεντι νέην περιβάλλεται ἰλύν.

Sanè verò antiquū morem noſter obtinet omnium popularium ſuorum. Semper enim Ægyptios ineptè ſtultos fecit opinio ſcientiæ cujuſdam: eaque cauſa fuit, cur Ægyptus olim[illegible] dicta ſit, ab intolerabili faſtu. Ægyptius igitur quum ſit, ſolens facit, & pariter Cadmum quoque hçrentem fingit in apicibus pædagogicæ eruditionis. Nihil jejunius eſt, quam ἐτυμολογεῖν, nihil quod minus utile fuit aut ab iſto heroe agi, aut in illo loco. Sed eſto. aliquid condonandum eſt homini περιέργῳ & ambitioſo. At illud verò quale eſt, aut quis venia dignabitur? Adeo hiſtoriarum ignarus fuit, ut crediderit Cadmum Grçcè locutum fuiſſe antequàm in Græciam veniret. Si Pauſaniæ, & Diodoro Siculo, & aliis maximi cenſus ſcriptoribus fidem habemus, conſtat jam multo anteà Cadmum Phœnicum lingua, quæ cum veteri Syriaſmo eadē eſt, uſum fuiſſe. Tum & hoc verum eſſe nemo pertinaciter

naciter negabit, qui ea confiderabit omnia, quæ ex Syrorum idiotifmo in Bœotia remanferunt. Quare fi de Nili origine Grammaticè nugari Cadmum voluit, aliud quidvis ex Syriafmo huc trahendum fuit. Certè hoc quidem noftro feculo de re tam incerta aliquid pronunciare velle magnæ temeritatis eft. Exiftimo tamen neminem eorum, qui pedem unquam in Iudæorum fcriptis pofuerunt, ignorare poffe, Nilū & שיחור eundē fluvium illis effe. Nam & Rabbi Schelemo Iarchi in Ægypto eū pofuit בתחום מקצוע דרומי מערבי אֹו & R. Quimhi eū hic fequitur. Nō igitur omnino ineptū erit, fi Nilum potius à Cadmo שיחור fuiffe dictum credimus, quod *Nigrum* fonat. Hoc cum antiquiffimi Græcorum à Cadmæis acceptum feliciter exprimere vellent, Μέλαν primò appellaffe verifimile videri poffit. Certum enim eft fuiffe hoc vetuftiffimum hujus fluvii nomen. Poftea νεῖλος natum fit, quod Cadmus fortè nunquam audivit. Quicquid hujus eft, apparet non modò de otio fuo egregie lufiffe Nonnum, qui de Nilo rem manifeftam intempeftivè nos docere voluit, fed imperitè quoque erraffe, poftquam ad Cadmæos hoc retulit, quod multis pòft feculis fortaffe aliquis Græculus magifter, cum adhuc impranfus effet, excogitavit ut famem falleret. Non ignoramus Nili turbulentas & limofas aquas. etiam hoc fcimus, ἐργατικὸν hinc eum dictum fuiffe ab Herodoto, & ipfam Ægyptum eadem caufa cenferi ἐπίκτητόν εἶναι, καὶ δῶρον τοῦ ποταμοῦ. fed nunc non fuiffe his dicendis locum, id quoque fcimus. tum & ad Syriafmum ea pertinere negamus. Poterat igitur has nugas omififfe, & integrum locum fic conftituiffe.

γυσό-

γυοβόρῳ δὲ μύωπι χαρασσομένη δέμας ἰὼ
ἰονίης ἁλὸς οἶδμα κατέγραφε φοιτάδι χηλῇ·
ἦλθε καὶ εἰς αἴγυπτον, ὅπη βοέην μετὰ (sic enim scribendum) μορφὴν
ἔσκε θεὰ φερέκαρπος, &c.

tantidem est, quanti cætera omnia, illud quod expunximus

δαιμονίης ἴνδαλμα μεταλλάξασα κεραίης.

est enim odiosa iteratio.

102. 6. ἰσόμετρον ἀριθμόν] nemo metitur numerum, sed supputat Quare ἰσόμετρος, si verum amamus, non est, sed ἶσος. (63)

Ibid. 25. ——— ἀρτιθαλῆ δὲ (ibid.)
γνωτὴν ἡμετέρην θρασὺς ἥρπασε ταῦρος ἀλήτης]
longam majorum seriem, & totam ab origine gétem, quam magna cum pompa recensere instituerat, subito relinquit, & nullo flexu aut transitu, nulla περιδηλώσει, incipit de sororis suæ fato dicere. Hoc planè festivum est, & verè schema παρὰ προσδοκίαν. Audiunt enim raptam esse, quam natam nemo sciebat. Non erat adeò ἐναγώνιον τὸ πρᾶγμα, ut opus esset hac præcipitantia. Otiosè enim se composuerat ad dicendum, & sensus longè arcessebat.

106. 33. Exagitavimus jam antea duo ἑρμηνείας nobilia vitia. unum erat tumor, & Dithyrambicus dicendi modus, qui sublimem Ideam malè excederet. Alterum, contrarium huic, jejunitas & ξηρότης in his, quorum naturæ τὸ ὕψος conveniebat. Restat nunc tertium, & diversum ab illis, translucens quædam & versicolor elocutio, cujus operosum apparatum respuit rei exiguitas & simplicitas. Placet igitur hujus postremi adfinitates quasdam

excutere, ut, ubi ſemel apparuit quale id ſit, poſteà nobis ab hac porrigine liceat ungues continere. Omnino neceſſe eſt, ut pro materiæ genere varietur dicendi ratio, eique par ſit & æqualis, tantaque ad hanc, quanta ad illam, fiat acceſſio: quantum illi decedit, tantum huic quoque auferatur. Hoc eſt illud, quod voluit Ariſtoteles, quum τὸ ἀνάλογον τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασιν ubique obſervandum eſſe docet. ἀνάλογον autem appellat, ubi neque περὶ εὐόγκων αὐτοκαβδάλως, neque de parvis graviter, neque de vilibus ornatè dicis. Quod ſi aliter, inquit, fit, jam Comœdia eſſe videbitur. Fecit enim hoc Cleophon, qui ſæpe hac parte non minus inſolens erat, quam ſi dixiſſet, πότνια συκῆ. Non eſt autem ulla verborum, niſi rebus cohærentium virtus. unde fit, ut illa, quæ ficta & compoſita videri volunt, neque gratiam conſequantur, & fidem amittant, quia ſenſus obumbrant, & curam fatentur. Noſter igitur hoc egregiè vitioſus fuit. Sæpe enim etiam in familiariſſimis eximit ſe ex humili dicendi genere, & à conſuetudine communis ſenſus abhorret. Talia ſunt ea, quæ hic occurrunt,

——— ὁμοςόργῳ δὲ μενοινῇ
διχθαδίην θρεπτῆρι γονὴν κέφιζεν ἀγοςῷ.

non ſunt nativa, ſed accerſita, & ſimplicibus atque
(69) ab ipſa veritate profectis diſſimilia. pag. 112. 2.

ἡ δὲ πταινομένη βλεφάρων ἀντώπιον αἴγλην
ἠλέκτρης ἀγέλαςον ἐδέρκετο κύκλον ὀπωπῆς.

vide quantas moles convectet & machinas. poterat ſimpliciter, προσέδερκε. Simile illud eſt de in-
(79) ventis literis, pag. 126. 25.

——— συμφυέος δὲ

ἁρμο-

ἁρμονίης στοιχηδὸν ἐς ἄζυγα σύζυγα μίξας
γραπτὸν ἀσιγήτοιο τύπον τορνώσατο σιγῆς.

ubi omnia excusseris, γραπτοὶ τύποι ἀσιγήτου σιγῆς nihil sunt aliud, quàm γράμματα sive στοιχεῖα. Nimirum valde placuit ei τὸ κύκλῳ πολὺ ὄν, atque hinc rei tenui illustria induit ornamenta, & magna, & frequentia. Idem penè vitium Alcidamanti objicit Aristoteles. ejus enim illa sunt, δρομαία τῇ τῆς ψυχῆς ὁρμῇ. id est, δρόμῳ. &, οἱ τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμιμοι, id est, νόμοι. Hoc etsi minus ferri in illo, quàm in Poëta, debuit, tamen neque in hoc semper excusandum est. Potest enim etiam hîc in vitium excidere libertas. Cleophontem & Sthenelum peccasse idem ille ait Aristoteles, quod ubique depressa esset illorum dictio. Contrà noster, qui in minimis etiam non didicit τοῦ μετρίου στοχάζεσθαι. In illis potuit reprehendi τὸ μὴ εὖ. in hoc verò etiam τὸ κακῶς. Iam alibi quoque ambitiosè splendidus est, & ornatè disertus, ubi nihil opus erat. pag. (64)
102. 32.

τοῖα μὲν εὐσήραγγος ἔσω μυθεῖτο μελάθρου
κάδμος εὐγλώσσοιο χέων ἔπος ἀνθερεῶνος.

quod uno verbo patet, id pluribus onerat. Homerus, & quivis alius breviter & candidè dixisset, ὣς ἄρ ἔφη. Iam illa, quæ ibidem adnectit,

πατρῴης ἐνέπων τεκνοσσόον οἶστρον ἀπειλῆς
καὶ τυρίων ῥοθίων ψευδήμονα ταῦρον ὁδίτην
σιδονίης ἀκίχητον ἀπευθέος ἅρπαγα νύμφης,

pari modo fucata sunt, ut non ornatum agnoscas, sed lenocinium. tum & redundant omnia, quia copiosè de his dixerat. Atque hoc quidem leve est. supersunt alia infinita loca, in quibus importunè ad-

adfectat illud unum, ut compositione elaboratus, & translationibus magnificus sit. Est illud quidem laudabile & divinum, sed non recte tamen fit, ubi ad ea descendendum est, quæ in rerum censu sunt humiliora. Non enim omnia ubique & omnibus conveniunt. & quod alibi virtus censetur, id aliquando vitium est vel maximum. Adeò verum est, quod dixit ille, ὅτι ἀφ᾽ ὧν ἡμῖν τἀγαθὰ, σχεδὸν ἀπ᾽ αὐτῶν τούτων καὶ τὰ κακὰ γίνεσθαι φιλεῖ. Equidem si de rebus gravibus ubique & magnis, de cladibus Indorum, & gestis heroum ageret, facilè paterer eum exurgere semper & sensu & verbis. Nunc cum ad ea etiam se demittat, quæ sunt longè diversi generis, ad pastores, & ad satyros, ad supplicum preces, & ad luctus; oportuit in his digniorem cultum neglexisse, ne vulta turpiter & calamistris inusta viderentur, ac fœdissima essent ipso formæ labore. Quàm magnificè se effert, quum de Marone putidissimo sene loquitur: ausus est calvitiem ejus, καὶ τὸ στιλπνὸν non aliter, quàm excellentem cujusdam deæ formam describere.

—— ξανθωπὸν ἔχων χρόα· μεσσόθι πέμπων
πορφυρέας ἀκτῖνας ὅλῳ στίλβοντι προσώπῳ
ἀντίτυπον μίμημα σεληναίῃσι κεραίης.

extollit & ornat id, cujus nullus est decor. quod lepidum est magis, quam serium. Certè Homerus aliam majestatem in Agamemnone repræsentandam videbat, quàm in Thersite. nisi forte ludere voluisset, quod fecit olim Polycrates Rhetor. Mox de saltatione temulenti cujusdam ait,

—— ἐπ᾽ ἴχνεσι δ᾽ ἴχνος ἀμείβων.
ποσσὶν ὁμοζήλοισιν ἕλιξ ὠρχήσατο Βότρυς
δεξιὸν ἐκ λαιοῖο μετήλυδα ταρσὸν ἀμείβων.

καὶ

καὶ ςάφυλος σκιρτητῆσι ποδῶν βητάρμονι παλμῷ
καμπύλον ἴχνος ἄγων τροχαλῷ κυκλούμενον ὁλκῷ
βότρυος ὀρχηστῆρος ἐπ᾽ αὐχένι πῆχυν ἐρείσας.

inepto molimine amplus & gravis vult videri, ubi joco & venuſtati locus erat. Ita ex ſtulta & ridicula rem magnam & admirabilem efficit, quod verè eſt *ὕστερον κοσμεῖν*. Pag.44.19. de agricola, (25)

αὔλακα τεμνομένην ἐνοσίχθονι τάμνε σιδήρῳ,

quaſi de Neptuno, cujus tridente univerſus orbis concutitur. Et pag.96.3. (59)

ἰδαίην ἀέθλησε διαγράψας κόνιν ὁλκῷ.

luxurioſo ornatu non decorat rem, ſed detegit nugacitatem ſuam. Sed tandem jam finis aliquis ſit. Nam ſi omnia huc congerere velimus, integer liber ſcribendus ſit.

102.31. *ἧς χάριν ἀστεμφὴς ἀλώμενος ἐνθάδε βαίνω*] peſſime. Non eſt *ἀστεμφὴς*, quod noſter putat, qui incertis ſedibus vagatur, & peregrinas terras oberrat, ſed qui infirmo greſſu eſt, & veſtigium certò premere non poteſt. Talis eſt ille apud Apollonium, qui (64)

—— *ὀρθωθεὶς εὐνῆθεν, ἀκήριον ἠΰτ᾽ ὄνειρον,*
βάκτρῳ σκηπτόμενος ῥικνοῖς ποσὶν ᾖε θύραζε
τοίχους ἀμφαφόων, τρέμε δ᾽ ἅψεα νισσομένοιο
ἀδρανίᾳ γήρᾳ τε.

Divus Petrus ad eos tranſtulit, quorum mentes non planè firmavit divinarum rerum ſcientia. Hoc noſter legerat, ſed imperitè eſt ſecutus, ut ſolet, quoties Euangelia ſollicitat.

104.23. *ὅτε χνόον ἔσκεν ἰούλων*] jam antè docti viri mendum odorati ſunt, quod non rectè ſuſtulerunt. Aut valde fallor, aut ſcriptum fuit primitus, (65)

υἱὸς ἐμὸς λιπόπατρις ὅτε χνόον ἄεξεν ἰούλων.

ſic enim Poëtico ambitu deſcribimus τοὺς ἄρτι γεγεννῶντας.

(65) 106. 2. Vix video quid ſibi velit, his ita conſtitutis. Concinnius aliquantò erit,

——— ἀπειρίδης δὲ
εἰ σὲ βιοπλάγκτοιο τύχης στροφάλιγγα κυλίνδειν
φρικτὸς ἀνικήτοιο μίτος σφρηγίσσατο μοίρης,
τλῆθι φέρειν.

porro σφρηγίσασθαι & ψηφίσασθαι hic idē ſunt. quod etſi novum eſt, non pugnat tamen cum lege Nonniſmi.

(66) 106. 14 γείτονα γαῖαν ἔδειμεν] apparet tirocinium ejus in Helleniſmo. δείμασθαι γῆν Nonni idiomate eſt, terram colere. Sanè hoc ego ignoravi hactenus. nam memineram, ἐργάσασθαι γῆν rectum eſſe, aut ſi quid aliud eſt, præter iſtud. Equidem non dubito, quin ſi Goropius hoc vidiſſet, pulcrum argumentum natum foret aſtruendæ vetuſtati Belgiſmi. Qui enim rationem, cur Rhenum dixerit eſſe Ibericum fluvium, ex Germaniſmo petierat, ut ejus ἀχωρογραφησίαν excuſaret, nihil peccabit ſi eâdem quoque via hunc errorem defenſum eat. Vulgus Belgarum uno tantùm verbo tam γεωργεῖν, quàm οἰκοδομεῖν interpretantur. Quare credat ille horum exemplo eum quoque unum verbum uſurpaſſe, quo duo illa explicarentur. Erat quidem in animo ut reſcriberem,

γείτονα γαῖαν ἔνειμεν,

ſed poſtea viſum eſt nihil mutare, quia non abludit hoc à reliquis ejus ineptiis. Sæpe enim adeò barbarus eſt, ut quovis potius alio idiotiſmo, quàm
(249) ſuo, loquatur. pag. 382. 25.

ὀψὲ δὲ τὸ δύσνιφον οἶδμα, καὶ ὑδαλόεσσαν ἀνάγκην

ζεὺς

ζεὺς ὕπατος πρήϋνε.

Hoc quid sit neque Græci facile divinaverint, neque Latini. at Belgæ agnoscunt suum. Etiam hîc igitur Beccefelenici eum dicerent βελγίζειν. pag. 504.18. (330)

——καὶ ἔφασκεν ἐπώνυμον ὠκέϊ ταρσῷ
ἀνδράσι παρ κιλίκεσσι νεόκτιτον ἄστυ χαράξαι.

omnino exprimere voluit ambitum illius Virgiliani,

—— urbem designat aratro.

infeliciter conatus est in Græcis ῥωμαΐζειν.

106.21. —— ὄφρα κε κάδμῳ
ἁρμονίην ὀπάσειεν ἐς ἁρμονίην ὑμεναίων] est frivolum, & ambitiosum. (66)

In librum quartum Dionysiacorum.

110.31. οὐδὲ γυνὴ θρήϊσσα κυβερνήτειρα καβείρων,
ἀλλὰ διὸς σέβας εἶχε] hiatus apparet, quē si supplere velim, omninò νοννίζειν necesse erit. Scripserit igitur aut hoc, aut simile quippiam. (69)

οὐδὲ γυνὴ θρήϊσσα κυβερνήτειρα καβείρων
κάδμον ἔχειν μενέαινε νεήλυδα γαμβρὸν ἀλήτην,
ἀλλὰ διὸς σέβας εἶχε.

nihil facilius est, quàm hujus exēplo nugari. quare nec nobis, opinor, malè successit. Displicuit quidem illi conditio, inquit, & gener, sed deorum tamen mandata spernere religio ei fuit.

ibid. 33. ὀρθια δινεύουσα] vide quæ ad pag. 90.33. (ibid.)

112.2. ἡ δὲ τιταινομένη] vide quæ ad pag. 106.33. (ibid.)

(70) ibid. 18. παρθένον ἀχνυμένην ἀτλαντιὰς ἵδρυσε νύμφη εἰς θρόνον εὐποίητον. ἀμοιβαίῳ δὲ καὶ αὐτὴ ἑζομένη στοιχηδὸν ἐπ' ἀργυροφεγγέϊ δίφρῳ] imperitia Græcismi. duæ tantùm sedebant. & quomodo igitur στοιχηδὸν? est enim στοῖχος longior series multorum.

(ibid.) ibid. 27. φερέοικον] Scythæ campestres Herodoto φερέοικοι sunt, quorum plaustra domos impositas trahunt. noster hoc malè ad eos transtulit, quibus in patria sua non contingit vivere. centies ita usus est.

(71) 114. 21. τεῆς ἐπιβήτορες] falsum est. lego, ἄρης καὶ κυθέρεια μιῆς ἐπιβήτορες εὐνῆς. atque ideò mox addit, ἑνὸς, ut acumen sit in eodem numero. sicut avus meus cum sorore, ita mater mea cum fratre consuevit. viri summi, θεῆς. non omninò rectè.

(71) 114. 25. ὄγκον ὀπωπῆς] non est hoc pro reliqua ejus laude. solet enim aliter omnia ἐκτραγῳδεῖν. In paraphrasi legitur,

θερμὸν ἀναβλύζουσα γόνιμον ὄμβρον ὀπωπῆς.

& hîc igitur existimem aliquid hujusmodi fuisse

——— ἀπένιψε γόνιμον ὄμβρον ὀπωπῆς μήτηρ ἀχαλόωσα.

(72) 116. 5. ὀλβίην οἷον] sæpe miramur, quî fieri potuerit ut homo sophista, cujus delicatum ingenium exercitationibus scholasticis, atque umbraticis literis enutritum fuerat, tam longo tempore nihil profecerit in dicendi arte. Infantiam ejus ostendimus multis, quæ jam citata sunt, locis. tum & hîc quoque non leve argumentum nobis dedit. Qui decorare quippiam vult, cum necesse est ἀπὸ τοῦ βελτίονος εἰς τὸ χεῖρον μεταφέρειν, Aristoteles plerosque

Achæos

Achæos & Heniochos, qui circa Pontum ſedes ſuas habebant, ληςὰς fuiſſe memorat. qui horum rapacitati honeſtum nomen ponere velit, πορισὰς eos appellabit. Sic immũda & fœtida puella apud Lucretium ἄκοσμος eſt, & ἰσχνὸν ἐρωμένιον, quæ vivere non poteſt præ macie. Dionyſium juniorem Siciliæ tyrannũ μητραγύρτην dicit Athenæus lib. 12. Nihil enim vilius eſt, quàm ſtipem cogere. At Xenophon Calliam, qui itidem famulus erat Ideæ matris, δᾳδοῦχον vocat lib. VI. de rebus Græcorum. Ille, ut tyranni infelicem caſum cum ſplendore tantæ fortunæ componeret, rem quantum potuit maximè deturpavit. hic verò pluſculum ei tribuit, ne contemnere eum videretur, qui publico munere cum aliis fungebatur. At noſter hæc omnia aut neſcivit, aut neglexit. quorum illud imperitiæ fuerit, hoc oſcitantiæ. Cadmi laudes ut prædicet, declamatiunculam pro more ſuo fingit.

ὀλβίη. οἷον ἔχεις ἐνὶ δώμασι καλὸν ἀλήτην·
οἷον ἔχεις μνηστῆρα μακαρτάτη· οἷον ἀκοίτην
ὄψεαι ἱμερόεντα, τὸν οὐ λάχε παρθένος ἄλλη.

Non magis Cadmum commendat, qui eum ἀλήτην appellat, quàm qui ſcurram & circulatorem. Apud Homerum paſſim ἀλήτης nihil eſt aliud, quàm πτωχὸς πανδήμιος, qui oſtiatim buccellas panis mendicat. Hoc genus homines adeò contempti fuêre, ut ne quidem in vivorũ numero eos ponerent. unde & νεκροὶ appellantur à Menandro, ἄνθρωπε, πέρυσι πτωχὸς ἦσθα καὶ νεκρὸς, νῦν δὲ πλουτεῖς. Viderit igitur noſter, quàm aptè hoc cõveniat laudibus primarii herois. Si ξένον dixiſſet, non erraſſet. ſubeſt enim dignitas quędam nomini, & majores ferè honores peregrino, quàm civi, habentur.

Hoc

Hoc illud est quod ferme iisdem verbis Aristoteles ait, ὅτι ὐ τὸ αὐτὸ πρὸς τὺς ξένυς οἱ ἄνθρωποι καὶ πρὸς τὺς πολίτας πάσχυσι. θαυμασαὶ γὰρ τῶν ἀπόντων εἰσί.

(73) 116. 28. locus iste eruditissimum Falkenburgum torsit. coactus enim est aut multa mutare, aut κῶλα relinquere soluta & disjecta, ne ἀγραμματησίας culpa in hunc cecidisse videretur. Sed hoc necessarium non fuit. Satius erit rescripsisse,

ὐ νόον ἁρμονίης μιμήσομαι, ἀλλὰ λιπῦσα
κλῆρον ἐμὸν καὶ δῶμα, καὶ εἰ ποθέω γενετῆρας;
ἵξομαι ἀπόλλωνι συνέμπορος εἰς ὑμεναίυς.

(76) 122. 7. leg.

——— ἁρμονίην φυγοδέμνιον ἤλασε κεστῷ,
εἰς πόθον οἰστρήσασα πόθῳ πειθήμονα κύρην.

impensè enim his παρομοίοις gaudet.

(77) 124. 3. θεῶν ὑπὸ μάρτυρι πομπῇ] ineptè sumptum ex illo divino Homeri,

αὐτὰρ ὁ βῆ λυκίηνδε θεῶν ὑπ' ἀμύμονι πομπῇ.

ita alienas laudes in sua vertit opprobria.

(ibid.) ibid. 11. φιλοκέρτομος ἴαχε μήνη] invitus toties ejusdem criminis eum postulo. & tamen faciendum est. Sicut nihil relinquere aliis voluit, quod non ipse quoq; experiretur, ita rarò feliciter quidquam expertus est. Apud Apollonium Luna insultat Medeæ,

ὐκ ἄρ ἐγὼ μύνη μετὰ λάτμιον ἄντρον ἀλύσκω,
ὐδ' οἴη καλῷ περιδαίομαι ἐνδυμίωνι·
ἦ θαμὰ δὴ καὶ σεῖο, κύον, δολίαισιν ἀοιδαῖς
μνησαμένη φιλότητος.

Hæc ille longè alio instituto, quàm noster. Medea enim magicas artes edocta fuit. Veteres autem, quæ erat illorum superstitio, crediderunt lunæ deliquium fieri veneficarum carminibus, quibus lunam

nam de cælo in terram deducebant, ut liberè possent φαρμάσσειν in tenebris. Quare ἐκλείψεις illas appellavêrunt καθαιρέσεις. Hinc est festivissimum illud in Nebulis Aristophanis.

στ. ἔχω τόκου γνώμην ἀποστερητικήν.
σω. ἐπίδειξον αὐτήν. στ. εἰπὲ δή νῦν μοι. σω. τὸ, τίς;
στ. γυναῖκα φαρμακίδ' εἰ πριάμενος θετταλὴν,
καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην. εἶτα δὴ
αὐτὴν καθείρξαιμ' ἐς λοφεῖον στρογγύλον,
ὥσπερ κάτοπτρον, κᾆτα τηροίην ἔχων.

exigebant danistæ Athenis fœnus singulis mensibus. hoc cum ille persolvere non posset, cogitabat de Thessala muliere conducenda, cujus ope cursum lunæ sisteret. Ne quid exorbitem, Apollonius non sine gravi causa Lunam Medeæ fecit infensam, cujus carminibus sæpe coacta fuerat de cœlo descendere. Præterea cum fugeret, nox fuit, & lucebat luna. quare latere ea hujus conspectum non potuit.

τὴν δὲ νέον Τιτηνὶς ἀνερχομένη περάτηθεν
φοιταλέην ἐσιδοῦσα θεὰ ἐπεχήρατο μήνη
ἁρπαλέως.

Horum nihil ad Hermionen spectat. venefica non fuit. castissima fuit. nullius Dei numen offenderat. Deinde, quæ maxima ratio est, nox non fuit, sed dies. & quomodo igitur hoc rescivit luna? dii enim poëtici nihil sciunt, nisi quod oculis suis vident. Interdiu autem videre hoc non potuit, quia lumē ejus præstinguit sol. Quod autem argutatur de Venere, cujus filia hæc fuit, id verò non excusat ejus errorem. æquè enim hac de causa quævis alia, quæ malum hoc senserat, illudere illi poterat. at Luna etsi causam illudendi juxta cum cæteris habebat,

non

non illusit tamen, quia nox non fuit. Atque huc usque quidem damnanda est ejus ἀκρισία. Interim tamen verbis ipsis insignes subsunt aculei.

——— τίνα κύρην
οἰκλείζεις ἑτέρην, ὅτε σὸν γένος εἰς πόθον ἕλκεις;
πλάζεο καὶ σὺ φίλη παφίης τέκος.

non fuit hîc sua laude fraudandus. Etiam illud falsum est,

——— εἰπὲ τεκοῦσῃ,
κερδομέει φαέθων σὲ, καὶ αἰσχύνει με σελήνη.

non poterat magis acutè. At illa verò, quæ sequuntur,

ἁρμονίῃ λιπόπατρι, δυσίμερε, κάλλιπε μήνη
νυμφίον ἐνδυμίωνα, καὶ ἄμφεπε κάδμον ἀλήτην.
τλῆθι φέρειν πόνον ἴσον, ἐρωτοτόκῳ δὲ μερίμνῃ
μνώεο καὶ σὺ καμοῦσα ποθοβλήτοιο σελήνης,

etsi amara sunt & vehementer pungunt, at in istis tamen Apollonii magis acer spiritus & vis inest:

νῦν δὲ καὶ αὐτὴ δηθεν ὁμοίης ἔμμορες ἄτης,
δῶκε δ᾽ ἀνιηρόν τοι ἰήσονα πῆμα γενέσθαι
δαίμων ἀλγινόεις. ἀλλ᾽ ἔρχεο. τέτλαθι δ᾽ ἔμπης
καὶ πινυτή περ ἐοῦσα πολύστονον ἄλγος ἀείρειν.

longè alii nervi sunt, & languent jam præ his illa priora. Quanquam certè in hoc certamine à tanto viro vinci non est inglorium.

(79) 126. 26. γραπτὸν ἀσιγήτοιο τύπον τορνώσατο σιγῆς] de hoc diximus ad pag. 106. 33.

(80) ibid. 31. χειρὸς ὀπισθοπόροιο χαράγματα λοξὰ χαράσσων ἔγραφεν ἀγκύλα κύκλα] jam antea oblitus erat Cadmum fuisse Phœnicum & Syrorum idiomate usum: nunc hoc ei in mentem videtur venisse. designat enim scribendi morem, qui illis fuit peculiaris.

liaris. ſequebatur quippe ſtilum manus, non hanc ille. Apud Pauſaniam ἠλιακῶν lib. I. ſimiliter Agamemnonis nomen ſcriptum fuit in vetuſta ſtatua ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐκ δεξιῶν. At in Cypſeli urna, quę Olympiæ erat, uterque ſcriptionis modus cernebatur in diſticho quodam. quod Pauſaniæ ibidem eſt, βουστροφηδὸν γράφειν.

128. 11. Iam non ſemel diximus, & dicendum (80)
verò ſæpe eſt: ex omnibus ſcientiis aliquid in hos libros tranſtulit. quippe omnem colorem, & ſtatum, & rem exiſtimavit ſibi cōvenire. quod quam decorè in hac ſcriptione fieri poſſit, viderit ipſe. non enim nunc hoc agere propoſitum nobis eſt. Illud dicimus, vehementer dolere nos, quoties videmus eum nihil horum, quæ tam anxiè inculcare nobis voluit, intellexiſſe. Non potuit ſe continere, quin de lunæ periodis aliquid nos hoc loco doceret.

καὶ δρόμον ἠελίοιο μαθὼν, καὶ μέτρον ἀρούρης,
χειρὸς εὐστροφάλιγγος ὁμόπλοκα δάκτυλα κάμψας
ἄστατα κύκλα νόησε παλιννόστοιο σελήνης,
πῶς τρισσαῖς ἑλίκεσσι μετάτροπον εἶδος ἀμείβει
ἀμφιφαὴς, διχόμηνος, ὅλῳ στίλβουσα προσώπῳ.

quod pace ejus dictum ſit, errat. Luna primis ſeptē diebus uſque ad medietatem velut diviſi orbis excreſcit, & διχότομος appellatur. ſecundis, poſtquam renaſcentes ignes collegit, orbem totum jam complet, & vel διχόμηνος dicitur, vel πανσέληνος. idem enim utrumque eſt, etſi diverſa ſit ratio. illud eſt, quia menſem lunarem poſt decimam & quartam diem, quæ Heſiodo μέση eſt, dividit. hoc verò, quia totam partem, quam terris opponit, illuminat. Noſter διχόμηνον & πανσέληνον ad diverſas periodos referri

referri debere existimavit: quod est ineptissimum. neque enim debuit διχότομον confundere & διχόμηνον. nihil enim illis simile est. Luna enim mensis spatio semel tantùm est διχόμηνος. at verò τὰς διχοτομίας Aristoteles ait esse τῶν μεταξὺ χρόνων, lib. IIII. generationis animalium cap. IX. nam & διχότομος est, quum mediatenus exurgit, & rursus quum ad medietatem decrescendo contrahitur. Deinde fit διχοτομία post primos & tertios septem dies, quum διχομηνία tantùm sit post decimum & quartum. unde quæ sequitur dies, veteribus fuit ἡ διχομηνιαία, id est, ut ipsi interpretantur, ἡ πεντεκαιδεκαταία. Non alia aut confirmatione res ipsa indiget, aut refutatione Nonni error. satis manifesta jam est ejus hallucinatio. diversa enim facit, quæ eadem omnino sunt. Relinquitur tertium, quod addiderat, ἀμφιφαής. hoc autem etsi noviter huc accersitum ab ipso est, tamen, si rectè attendimus, nihil aliud est, quā τὸ πλησιφαές. utrinque enim lucida est, quum pleno orbe fulget. Quare jam habebimus non tres periodos, sed unius periodi tres formas, neque illas diversas, sed easdem. Quod si quis tamen ejus causam defendere velit, dicat τὸ ἀμφιφαὲς esse illud, quod ἀμφίκυρτον appellatur. fit enim hoc, quoties luna aut supra diametrum dichotomi est, antequam orbis conclusione cingitur; aut qūum de orbe jam minuens, inter medietatem ac plenitudinem insuper gibbosam quandam luminis curvat eminentiam. Hoc tam ineptum etsi admittere liberet, in eodē tamen luto hæsitabit. Certe enim ferendus non est, qui quum tres fecisset lunæ periodos, & eas deinde, quænam essent, docere nos vellet, nō tres attulit, sed aut tertiam tan-

tùm,

tùm, aut cum tertia secundam. Hoc crimen neque ipse diluet unquam, neq; Alexander Aphodiseus, qui penè ejusdem erroris fuit popularis. Equidem illi auctor fuissem, ut, si hoc omnino nobis ignorare non licuit, saltem sic scripsisset,

πῶς τριοσαῖς ἑλίκεσσι μετάτροπον εἶδος ἀμείβει,
ἡμίτομος, πλήθουσα, μόναις σίλβουσα κεραίαις.

ultima, quam posui, forma, est μηνοειδὴς, quum exigui luminis effigies quibusdam veluti cornibus circulata est. Itaque jam tres sunt, etsi non omnes. deest enim ἀμφίκυρτος. sed quia de pluribus dicere non instituerat, sufficiunt illæ, quæ enumeratæ sunt.

130. 1. ἀλλὰ πόθον τυρίοιο τεοῦ γενετῆρος ἐάσσας (81)
μίμνε παρ' ἀλλοδαποῖσι, καὶ αἰγυπτίης σέο θήβης
πατρίδος ἄστυ πόλισσον ἐπώνυμον.] Qui alibi fermè semper pædagogicè nugari solebat, prudenter sibi nunc temperat. Thebis Bœoticis, ab Agyptiis Thebis, ubi patrē suum reliquerat Cadmus, nomen fuisse factum vult. Hoc si falsum est, venia mendacio detur. præstitit enim verisimiliter hic mentiri, quam Grammaticorum quisquilias in tam illustri loco contrectare. sin verum est, jam facessant curiosæ disputationes de Thebis Bœoticis prius enim origo Ægyptiarū illarum quærenda erit, qua reperta, de his alteris sublata fuerit dubitatio. Viri summi & linguarum peritissimi jam antè reprehenderunt Varronem, quòd hîc ad Æoles Bœotios confugisset, apud quos *teba* sive adflatu colles sunt. frustrà enim id esse, quia in θήβη adflatus est. quare maluerunt ei ortum dare à תבה sive, à navicula, qua vectus ille fuit. Equidem semper credidi hoc genus disquisitionum valde incer-

tum esse. nihil enim tam probabiliter quisquam dixerit, quod non evertere facilè possis, si has linguas semel attigisti. Atque ad Varronem quidem quod attinet, poterat tolerari tantilla discrepantia. Facile enim in his aut vetustate aliquid tollitur, aut commercio aliarum gentium mutatur. denique ut hæc maximè absint, tamen multa temerè innovat lubido populi, penes quem norma est, & arbitrium, & vis loquēdi. De הכה quā Phœnicibus dici naviculam opinio est, verum esset, si Phœnices puro puto Hebraismo sunt usi. est enim hoc proprium illius. at nunc certum est Syrorum fuisse & Phœnicum eundem idiotismum. Syri autē fermè alia forma הכותא dicere magis amāt. Hoc ideo dicimus, non ut incomparabilium virorum auctoritatem, quæ in omni hac literaturâ prima est, elevemus, sed quia gravis causa nō est, cur aut à Varrone discedēdum sit, aut in adflatu vocis magnum momentum ponendum. Hoc enim si rigidè observandum sit, jam à Chaldæorum תור erit θαῦρος, & ex vulgato כד χάδος, quæ nemo intelligit, neque audivit. Non fuit Græcorum in his mutandis ulla religio. Rursus ipsi Iudæi vetustissimi, ubi ab Hellenismo aliquid mutuantur, quæ portenta sæpe fingūt? Quis פרצופין esse πρόσωπα crederet, quum tanta sit diversitas? tum & πομπὴν quàm deturpant, quoties factum aliquid בפומבי dicūt? in utroque illorū insolentia apparet, in posteriore vero etiam ignorātia. malè enim בפרהסיא interpretātur, & ostendunt se neque intelligere quid sit παῤῥησία, neque quid πομπή. Sed hoc præter institutum est. Illud ostendisse satis sit, in his originibus quidvis non minore negotio refelli, quàm adfirmari. deinde nul-

de nullum quoque finem esse: aliquid enim semper posse addi. Quare si huic morbo indulgendum est, eodem jure dicam ab inventis literis nomē urbi natum. sicut enim מלה est quicquid pronuntias, ita היבה quicquid stilo scribitur, ut eruditissimus Elias docet in Masoreth Hammasoreth. unde frequens illud est ·מזפי תיבות· Hoc æque ad Cadmum pertinet, atque alterum illud. & tamen probandum non est.

130.15. ἱερὸν ἔδρακε χῶρον ἐπόψιον] non nimis bene. apud Homerum longe aliter est. (81)

——— περισκέπτῳ ἐνὶ χώρῳ,

hoc est, unde oculis quoquo versum prospicere licuit.

ibid. 17. δαυλίδος ἔσιχεν ὕδας ὀμύριον, ἔνθεν ἀκύω, &c,] (82) est νόησις sophistica. male enim introducit se in hunc actum.

ibid. 18. λάλον εἷμα δυσηλακάτυ φιλομήλης] viri (ibid.) summi, ἆιμα. sed nihil opus fuit. nota est vestis, in qua fortunæ suæ miserabile carmen intexuit.

ibid. 19. τηρεὺς ἦν ἐμίαινεν, ὅτι ζυγίη φύγεν ἥρη (ibid.)
συζυγίην ἀχόρευτον ὀρεσσαύλων ὑμεναίων] sunt omnia παρὰ τὸ μέλος. nullū enim fuit conjugium hîc, sed coitus incesto flagitio & stupro pollutus. deinde causa falsa est. sæpe enim etiam honestæ nuptiæ sunt ἀχόρευτοι, quas non aversatur Juno Iuga.

132.31. καὶ δέμας ὀρθώσας μελέων ἐπιβήτορι παλμῷ] grande carmen bacchatur cothurnato hiatu. (83)

134.4. δυσηλεγέος δὲ θανάτος, &c.] est locus cōtaminatissimus. Falkenburgus herbam aliis porrexit. Canterus neque nihil dixit, neque omnia. restituit enim πυλεών. reliqua inemēdata reliquit. (84)

Certe quidem quo pertineat istud, θανόντος, vix Sibylla explicet. nam neque ad serpentem spectat, neque ad alium quemvis ex his, quos ille occiderat. deinde δυσηλεγὴς non est qui moritur, sed aut mors ipsa, aut quicquid eam adfert. Non temerè scripserim,

καὶ στόμα πικρὸν ἔλυσε, δυσηλεγέος ὃ χανόντος
φοίνιος ὠμοβόρου πυλεὼν εὐρύνετο λαιμοῦ.

ita serpentis λαιμὸς δυσηλεγὴς fuerit, quem nemo fugere poterat. quod tamen insolens est, & præstitisset, δηνεκέος δὲ, &c. aut si quid huic simile est. nam alibi quoque libenter jactat σῖγα λαιμῶν.

(85) 136. 12. melius erat, σώματος ἐκτὸς ἔπιπτε.

(86) ibid. 19. narraverat tanquam si jam antea fuissent facta. quare dicendum erat,

καὶ τὰ μὲν ὡς τετέλεστο μετὰ χρόνον.

hoc enim vulgò accinitur τῇ κατὰ πρόληψιν διηγήσει.

(86) 136. 22. εἰς χρόα σύρων] hoc neutiquam sanum est. Videtur τὴν γῆν, & ἐργάδα dixisse ἀντικειμένως, ut hæc sit, quæ diis sacra est, illa verò quævis alia. legerim, —— ἐνδαπίης δὲ

παλλάδος οὐδὲν ἄεθλον ἀπ' ὀργάδος εἰς χθόνα σύρων.

elegans Græcismus esset,

—— ἀπ' ὀργάδος ἔφθασε σύρων.

sed nusquam tam rectè ἑλληνίζει.

(87) 142. 20. —— ὁ δὲ παλλάδος ἔμφρονι βουλῇ γηγενέων τινὰ πέτρον ἐπῃώρησε καρήνοις] satius erat hoc non attigisse. Iterum cum Apollonio certat, sed ridiculo conatu. In Arg. lib. III. ista sunt,

λάζετο δ' ἐκ πεδίοιο μέγαν περιηγέα πέτρον
δεινὸν ἐνυαλίου σόλον ἄρεος· ὅ κέ μιν ἄνδρες

αἰζηοὶ

αἰζηοὶ πίσυρες γαίης ἄπο τυτθὸν ἄειραν.
τὸν ῥ᾽ ἀνὰ χεῖρα λαβὼν μάλα τηλόθεν ἔμβαλε μέσσοις
αἴξας· οἱ δ᾽ ὥστε θοοὶ κύνες ἀμφιθορόντες
ἀλλήλους βρυχηδὸν ἐδήϊον.

hoc de Medeæ consilio fecit Æsonides, & vicit. Noster pro illa Minervam, pro hoc Cadmum substituit. & tamen nullam laudem, sed ludibrium consecutus est. cur enim non projicit potius in medium, quàm projecturum se minatur? jam enim nulla causa erat, cur de lapide certantes οἱ γηγενεῖς mutuis vulneribus caderent, sed cur terrerentur potius omnes, & aufugerent.

In librum quintum Dionysiacorum.

140. 9. ἀρεῖ κωπήεντι] nemo unquam ita dixerit, nisi qui omni sensu communi caret. deinde nemini nunc, nisi Minervæ, sacra fiunt. legendum est, (88)

ἀκροτάτην τρίχα τάμνε τανυῤῥίνοιο καρήνου
ἄορι κωπήεντι.

perspicuè vera emendatio.

140. 23. legè, —— μεσσοπαγῆ δὲ (88)

ἀκροπόρῳ στοιχηδὸν ἄγων πιλορημένα χαλκῷ.

ibid. 31. δαιτυμόνων δὲ φάλαγγες ἐπ᾽ εὐκύκλοιο τραπέζης (89)

εἰλαπίνης ἀπέθεντο πόθον κεκορηότι θυμῷ] ineptũ est. nam & ad hos non pertinet, qui accumbunt epulis; neque multæ φάλαγγες, sed pauci tantùm socii eum sequebantur. & tamen sic antea quoque pag. 132. 23. (83)

καὶ ςρατὸν ἐποίησεν ὅσ☉ πολὺς ἔσπετο κάδμῳ.
Quod si verò tot fuerunt agmina, quomodo satiandis universis sufficisse ait unius misellæ bovis carnes? certè hoc magnum fuit miraculum, & pene par illis, quæ in Euangeliis describi meminerat. Quare habemus jam Cadmum θαυματοποιόν. Nisi forte bovē portentosæ magnitudinis sibi imaginatus est; qualē Iudæi שׁוֹר הַבַר somniāt, & avim quandam בר יוכנה quæ futilissima sunt.

(89) 140. 53. si hoc servandum est, jam restat ut ad alia pergat hujus generis certamina. at nulla fuerunt ejusmodi præterea, & jam ad Boetos transit. leg.

οὐδὲ δρακοντοφόνῳ καμάτων τέλ☉ ἔπλετο κάδμῳ.

(89) 142. 2. καὶ ἄορι μάρνατο] est adulterinum. germana scriptura, opinor, fuit,

ἐκλήνων προμάχοισι, καὶ ἄονι μάρναο λαῷ.

sunt enim ἄονες Bœoti, quod nemo nescit.

(90) ibid. 31. melius erat,

ἐσσομένῳ ναέτῃ ἀμφίονι τεῖχ☉ ἐάσας.

(ibid.) 144. 2. ὀγκαίην ἐπένευμε πύλην γλαυκώπιδι μήνῃ ἐκ βοὸς ἐγκυθμοῖο φερώνυμον] quemadmodum suprà Nili appellatiōnē imperitè ad Phœnices retulit, ita nunc Syriaco nomini Græcum dat etymon. certè enim Syriacū fuisse oportet, si ab Cadmæis, ut ipse dicit, ortum est. Quale autem fuerit, non libet mihi ex illo idiotismo eruere. omnino enim ita adfectus sum, ut aliorum de his rebus conjecturas refellere, quàm novas adferre malim. Placuit præstantissimo sacræ scientiæ antistiti, Minervā Oncæam Cadmęo sermone הוגא fuisse dictam, à studiis & meditatione. Ingeniosa quidem ratio, sed malè procedit tamē τὸ ἐπιχείρημα. Antiquus

æquus enim & purior Syriaſmus poſtulat הגיגא. Cæterum Nonni errorem excuſare poterit aliorum in ſimili re vel hallucinatio, vel ignorantia. Pariter enim σεῖριν Græci ſibi vindicaverunt, quod Dionyſius Æthiopum eſſe ait, & verum eſſe apparet, quia Hebræo adfine eſt. Quin Auguſtinum quoque & Cyprianum, qui omnibus Græculis majores ſunt, tranſverſos hic abripuit myſteriorum amor. mira enim ſubtilitate quatuor mundi partes, ἄρκτον, δύσιν, ἀνατολὴν, μεσημβρίαν, ex nomine ἀδὰμ eruerunt; quod tamen Hebraicum eſt, neque plura dat, quàm tria dictionum capita אדם. Quare Cabalici Iudæi tria alia figmenta hic nobis obtrudunt, אפר דם מרה. quæ anilia ſunt, & putida.

146. 17. ἠθάδα ῥάβδον ἔλειπεν] non eſt κῶμος hoc loco deus ille, qui à Philoſtrato imagine tertia deſcribitur, ſed comiſſatio. πάννυχος ἔπλετο κῶμος, id eſt, παννύχιοι κώμαζον. quare quod ſequitur σπεύδων γὰρ, &c. nō poteſt huc pertinere. Certus ſum aut periiſſe quædam, aut legendum eſſe, (92)

πάννυχος ἔπλετο κῶμος ἀκοιμήτοιο χορείης
μελπομένων· σπεύδων γὰρ ἐς ἀγρύπνους ὑμεναίους
ἑρμῆς ῥάβδον ἔλειπεν, ἐπεὶ ταμίη πέλεν ὕπνου.

jam nihil deeſt amplius.

148. 1. confuſa ſunt, & male concepta. lego, (93)

καὶ θρόνον εὐλάϊγγα πόρε χρυσόθρονος ἥρη
ἄρεα κυδαίνουσα· πολυφράδμων δ' ἀφροδίτη
χρύσεον ὅρμον, &c. hoc ex genio Nonni eſt, qui τὴν λύσιν τῶν κώλων ubique vitat.

ibid. 27. ſcribe. —— πλευρύγων πισύρων τετράζυγι κόσμῳ. (94)

ut ſemper ſolet. nam κημὸς non eſt aquilarum, ſed equorum: neque alis, ſed ori circumponitur.

(ibid.) ibid.33. ἄλλη μάργαρον εἶχε φαεσφόρον, ὃ χάριν αἴγλης

γλαυκὸν ἐρυθραίης ἀμαρύσσεται οἶδμα θαλάσσης]

(798) solennia βαρβαρίζει. sicut & pag. 1212.4. de Icario,

——— ὃν χάριν οἴνου

ἀγρονόμοι δασπλῆτες ἐδηλήσαντο σιδήρῳ.

putavit perinde esse ac si diceret, ὑπὸ τῆς αἴγλης, & ὑπὸ τῆς μέθης. hoc tam ineptum & barbarum est, ut dignis modis eludi non possit. Certè ad Grammaticorum tribunal deducendus est. qui viri gravissimi si hoc inusitatum portentũ viderint, quanta indignatione statim incipient τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς, & toruum tueri? vt ineptias videamus, ad alia eundum est. In Xenophontis symposio suavissimum illud est, ἢν ἡμῖν οἱ παῖδες, inquit, μικραῖς κύλιξι πυκνὰ ἐπιψεκάζωσιν, ὅτως οὐ βιαζόμενοι ὑπὸ τοῦ οἴνου μεθύειν, ἀλλ᾽ ἀναπειθόμενοι, πρὸς τὸ παιγνιωδέστερον ἀφιξόμεθα. hîc si aliquis balbutire audeat, χάριν τοῦ οἴνου μεθύειν, næ ille loris operiri, καὶ εἰς φοινικίδα καταξαίνεσθαι merebitur. Memorat Herodotus in Clio, Croesi filium, quum esset infans, locutum fuisse; quo ostẽto domum patris & regnum funditus concidisse. ὁ δὲ παῖς οὗτος, inquit, ὁ ἄφωνος, ὡς εἶδεν ἐπιόντα τὸν πέρσην, ὑπὸ δέους τε καὶ κακοῦ ἔρρηξε φωνὴν, εἶπε δὲ, ὤνθρωπε, &c. Quid magis barbarum fuisset, quàm si omnis antiquitatis maximus scriptor dixisset, χάριν τοῦ δέους, vel τοῦ κακοῦ ἕνεκα? hoc unum satis fuisset ad perpetuam inscitiæ notam ei inurendam. Nulla est libertas ne horum quidem qui numeris adstricti sunt, nullum privilegium, cujus titulo tam foedus error defendi possit.

Aristoph. in Achar.

(95) 150.21. videbũtur luxata esse, nisi mutes & legas,

τοῖον ἐπὶ κυθέρεια γέρας δωρήσατο κούρῃ

χρυ-

χρύσεον ἐυλάϊγγι παρήορον αὐχένι νύμφης.
καὶ γαμίων ζευχθεῖσα.&c.
ibid. 27. τετράκις ἐνθεα κύκλα] malè corruperunt scriptores librarii. tempus designat quod satis sit dum matris vtero infans prodeat. hoc autem est spatium novem mensium. igitur legendum, (ibid.)

τετράκις ἐννέα κύκλα διαπλήσασα σελήνης.

quater enim peperisse eam constat.
ibid. 26. ——— ἀμοιβαίη δὲ λοχείη
ἔγκυον ὄγκον ἔλυσε θυγατρογόνε δαναοῖο] sunt hęc & sensu & verbis inepta, ut quidem nunc leguntur. nam neque quinquaginta filias, sed quatuor peperit: & ut maximè tot peperisset, non posset tamen dici ὄγκον θυγατρογόνε δαναῦ λῦσαι. foetidum enim esset, & lutulentum. aut insigniter fallor, aut scripsit,

——— ἀμοιβαίη δὲ λοχείη
ἔγκυον ὄγκον ἔλυσε θυγατρογόνε τοκῆοιο.

hoc longe præstat, & germanum illius est.
152. 14. καὶ λέχος ἄλλο μετ᾽ ἄλλο συνήρμοσε, &c.] qui dispositionis modum & rectam rationem in hujus scripto quærere velit, is nihilo plus sibi explicet, quàm si certa ratione & modo paret insanire. Quũ de quatuor his sororibus paucula obiter dicere vellet, à prima orditur: in qua hæret deinde, & sui obliviscitur. tandem ubi integram penè historiam de hujus rebus cõntexuit, reminiscitur de cæteris quoque dicere propositum sibi fuisse. quod breviter facit, & tribus tantùm verbis. Atqui causæ non erat, cur de hac plura, quàm de cæteris adferret. nõ enim debuit ullam harum huc introduxisse, nisi quia de Dionysii matre post dicendum erat. (96)
152. 15. ὀχμός, &c.] non tam miror corrupta esse, (97)

quàm ab aliis prætermissa. de servis loquitur, qui oleum, mel, & alia dona ferebant. quare, si attendimus, legendum est,

ϗ πολὺς ἀχθοφόρῳ βεβαρημένος ὄχλος ἀνάγκῃ
φόρτον ἐλαιήεντος ἐκύφιστεν ἀμφιφορῆος.

huic sequentia consonant.

(97) 154. 4. valde me pœniteat Nonni, siquidem hæc tam spurca ab ipso sunt. nihil est magis perplexum & intricatum: ut omnino credam aut periisse multa, aut sic legendum,

ϗ ποσὶν ἐνδρομίδεσσι θηρήτορα φῶτα δίδαξεν
ἄσχετον ἀΐσσοντα κυνοσσόον εἰς δρόμον ἄγρης
πέπλά τε φαινομένης ἐπιγουνίδος ἄχρι φορῆσαι.

(98) ibid. 16. *καὶ δολίῳ πνιγόεντι*, &c.] pariter luxata sunt, neque constant sibi. legerim,

γυῖα περισφίγξας ὀνύχων ἄπο μέχρι κομάων,
κερδαλέῳ πνιγόεντι πυρὸς τεχνήμονι καπνῷ
σινομένην πρηῶνα.

in hoc postremo aliquid desiderarunt viri summi, cum substituerent, σμῆνος ἐνιπρηῶνα. optimum fuisset,

——— σίμβλων ἐκτὸς ἔλαυνε.

sed in conjecturis haud facile tantum mihi permiserim. ut ut hæc sunt, apparet traducta esse ex Apollonii libro 2.

ὡς δὲ μελισσάων σμῆνος μέγα μηλοβοτῆρες,
ἠὲ μελισσοκόμοι πέτρῃ ἔνι καπνιόωσιν,
αἱ δή τοι τείως μὲν ἀολλέες ᾧ ἐνὶ σίμβλῳ
βομβηδὸν κλονέονται, ἐπιπρὸ δὲ λιγνυόεντι
καπνῷ τυφόμεναι πέτρης ἑκὰς ἀΐσσουσι.

sæpe hoc sibi studio habuit, ut Apollonio ne deterior esset, cujus ne minimam quidem virtutum adsequitur.

54.33. ξύνωσε] est ineptum. debuisset, (98)
——— ὀπισθοπόρων σίχα μήλων
εἰς νομὸν ἀνθεμόεντα μιῇ συνέωσε κελεύθῳ.
158. 2. ἀλλά μιν ὤλεσε μοῖρα κυνοσπάδα νεβρὸν ἀλήτην (100)

ἰνδώην μετὰ δῆριν] sequitur jam παρέκβασις de re, quæ multis annis post accidit, quam postquam semel arripuit, finem facere non potuit. consumpsit enim majorem hujus libri partē fanatica hac narratione. Episodia quidem prolixa sæpe in aliorum scriptis sunt, sed de rebus præteritis. nam quæ nondum evenêre, si forte occasione quadam κατὰ πρόληψιν memorantur, breviter hoc ubiq; fit, & cum isto aut simili superdicto,

καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐξετελέσθη.

noster hoc non observaverat. quæ summa fuit ejus oscitantia.

158.16. ὅλον δέμας ἔκρυφε κάρη] mendosum est, & (100) ineptissimum, κάρη. pro quo Falkenburgus male restituit, κύρη. non est dubium, quin vera lectio sit,

——— ἔσω δύνουσα ῥεέθρων
αἰδομένη κατὰ βαιὸν ὅλον δέμας ἔκρυφε κρήνῃ.

ad fontem enim accesserat ut se lavaret.

160.4. ——— ὑπὸ βρόχῳ δὲ μενοινῇ . (101)

πότμον ἑὸν σενάχων κινυρῇ βρυχήσατο φωνῇ] venustus est & bellus. voluit enim hoc loco ostentare febriculosam eloquentiam suam. Cadmi nepos, interea dum à rabidis canibus discerpitur, inani cuidam circa voces studio intentus est, & ornate ac splendidè verba facit. crederes eum causam perorare in foro Atheniensium. nullam enim ferè aut sententiæ figuram prætermisit, aut dictionis. consideremus elegantias. Primo quidem sic infit,

ὄλβιε

ὄλβιε Τειρεσία, σὺ μὲν ἔδρακες ἐκτὸς ὀλέθρου
γυμνὸν ἀναινομένης οἰκτίρμονος εἶδος Ἀθήνης.

acrior est sermo & vehementior ad personam directus absentem. quare magno judicio artis præcepta hîc secutus est. ego quidem hoc credere malim. nam hominem sophistam aliquid videri temerè egisse, nimium quantum injuriosum est illi ordini. Illud verò talento contra carum non est.

χώεται ἰοχέαιρα χαλεπώτερα Τριτογενείης.
αἴθε μοι ἄλγος ὄπασσεν ὁμοίϊον, αἴθε καὶ αὐτὴ
ὄμμασιν ἡμετέροισιν ἐπέχρισεν ὥσπερ Ἀθήνη.
αἴθε νόον μετάμειψεν, ἅπερ δέμας· ἀλλοφυὴς γὰρ
μορφὴ θηρὸς ἔχει με, καὶ ἀνέρος ἦθος ἀέξω.

item illud Rhetorum πύσμα non sine arguta facundia est.

σφωϊτέρῳ ποτὲ θῆρες ἐπιστενάχουσιν ὀλέθρῳ;

mox solvit τὸ ἄπορον,

ἀφραδέες ζώουσι, καὶ οὐ νοέουσι τελευτήν.

excipit tamen se unum ex hoc numero,

μοῦνος ἐγὼ μεθέπω πινυτὸν νόον.

quod probat amplius hoc modo,

—— ὀλλύμενος γὰρ
δάκρυσι θηρείοισιν ἐχέφρονα δάκρυα λείβω.

deinde judices suos, viros excellenti dignitate alloquitur,

ἄγριοι ἄρτι γένεσθε κύνες πλέον· οὔποτε τόσσον
ἅλματι λυσσήεντι κατεσσεύεσθε λεόντων.

addit etiam ἀναδίπλωσιν, quam valde commendari sciebat ἐν δεινότητι. & certè ad characterem δεινὸν res ejus nunc magis, quàm ad τὸν γλαφυρὸν spectabant. ναὶ λίτομαι, ναὶ θῆρες ὁμοίϊοι. subjicit continuò,

—— εἰπὲ Κιθαιρὼν
Αὐτονόῃ τάπερ εἶδες. de improviso enim, ex usu

artis

tis, transit ἐκ προσώπων εἰς πρόσωπα, ut sermo esset
oncitatior & ἐμπαθέστερος. singulis morsibus, quos
gebant canes, novum schema ei in mentem ve-
it. neque hoc prætereudum erat, etsi stolidum,

——— ἀειϛαίῳ δὲ τοκῆϊ
δάκρυσι πετραίοισιν ἐμὴν ἀγόρευε τελευτήν.

am & indignabundus exclamat,

——— οἵ μοι ἀνάγκης
αὐτὸς ἐμῆς παλάμῃσιν ἐμοὺς ἔθρεψα φονῆας.

ostremò voti sui summam aliquoties ingeminat.

αἴθε λέων μ' ἐδάμασσεν ὀρίδρομος, αἴθέ με πικροῖς
ἀμφιπαγεῖς ὀνύχεσσιν ἀφειδέσι λυσσάδες ἄρκτοι
νεβροφανῆ χαροποῖσιν ἐδαιτρεύσαντο γενείοις,
μηδὲ κύνες μὲ δάμασσαν ὁμήθεες·

quasi verò interesset ejus utrum à canibus, an à fe-
is dilaceraretur. ubi finierat addit,

ἡμιθανὴς τάδ' ἔλεξε. ut magis miremur tam di-
sertum oratorem. Sane abeunt hæc omnia non
extra sanitatem, sed extra naturam: & verè sunt de-
litiæ sophistici ingenii. Adeo nihil est, quod vete-
rum divinam illam ἀφέλειαν magis olim perdide-
rit, quam sophistarum quotidiana declamatio. non
enim modò controversias quasdam fingebant ad
imitationem fori, sed diversa quoque à judiciariis
causis tractare, & ad quodvis genus nugamenta
deflectere cœperunt. Horum insaniam secutus est
noster. ubicunque enim levis occasio nascebatur,
declamatiunculam adtexuit.

162. 10. νόθον δ' ἔρρηξε, &c.] est hæc herba parieta- (103)
ria sophistarũ ejus tẽporis, ψευδήμων, & νόθος, & alia
innumera. nunc tamen huic planè locus non fuit.

162. 22. ——— φιλοκλαύτων δὲ γυναικῶν
συμφερτὴ βαρύδουπος ὅλον δόμον ἔβρεχεν ἠχώ. (103)

multum

multum æstuant dicendi magistri ut arte quadam verisimile faciant illud, quod alioqui fidem excedit. prima enim virtus hîc est τὸ κλέπτειν. Atque alii quidem alias reperêrunt vias. Aristoteles autē, qui nihil solet operosè moliri, modum, quo id fieri possit, facillimum, & ab ipsa natura petitum ostendit. πιθανοῖ τὸ πρᾶγμα, inquit, ἡ οἰκεία λέξις. caussam addit hanc; quia decipitur animus noster, & sic adficitur, ut putet vera esse εἰ καὶ μὴ οὕτως ἔχει, ὡς ὁ λέγων τὰ πράγματα οὕτως ἔχειν. simplicissima ratio est, & optima, quam si noster secutus fuisset, poterat jam videri veris adfinia finxisse. nemo enim culparet, si dixisset, τοῖς γυναικῶν δακρύοις ὅλον τὸν οἶκον βρέχεσθαι. etsi enim incredibile hoc sit, fidem tamen aliquam faciet & dictionis proprietas, & rei conveniētia, sive τὸ ἀνάλογον. At hic nihil vicinum aut cognatum est,

συμφερτὴν βαρύδουπος ὅλον δόμον ἔβρεχεν ἠχώ.

quæso quid hoc est, aut cui unquam in mentem venit? est soni ea natura ut verberare aërem, non ut madefacere possit. quod qui ignorat, communi sensu carere mihi videtur. & noster tamē in re tam vulgata, quā omnes sciunt, erravit. Sanè hoc nō est παθητικῶς dicere, sed risum excitare. quare aliud longè consecutus est, quàm speravit. Græci Rhetores huic vitio jam dudum nomen dederunt, antequam natum erat. arbitrati enim sunt fieri posse, ut aliquis, qui ἐμπαθῶς & lamentabiliter dicere adfectat, ridiculus potius & suavis fieret. hoc illi rectè κλαυσιγέλωτα dixerunt. tollitur enim pro gemitu cachinnus. cujus rei etsi exempla aliquot adferunt, nemini tamen hoc frequentius & felicius successit, quam Panopolitæ nostro. tam imprudēter enim

in luctu

in luctu & rebus funestissimis lusit, ut ne præfica quidem, quæ prope plura dolentibus ex animo facere solet, si in hoc funere ad plorandum conducta esset, risum tenere posset.

162. 24. ἤιε μαστεύουσα πολύπλανα λείψανα νεκροῦ] (103)
hoc tam absurdum est, ut confutatione opus non habeat. Qui longè latéque pervagati sunt, & incertis itineribus orbem peragrarũt, ii sunt πολύπλανοι & πεπλανημένοι, aut si quos palantes error de recta via pellit. At reliquiæ illæ, de quibus loquitur, non errabant, sed per sylvam hic illic sparsæ jacebant, & ubi singulæ relictæ erant, reperiebantur. malè igitur πολύπλανα. nam neque πλανῶνται, & ut maxime hoc ita esset, tamẽ non poterat de Ulysse aliquo magis magnificè.

166. 14. ——— ἐμοὺς μὴ κτεῖνε φονῆας (105)
παιδοφόνους· οἴκτειρον ἀμεμφέας. ἠμετέρης γὰρ
θηρείης ἀέκοντες ἀπεπλάγχθησαν ὀπωπῆς] fecit imperitia Hellenismi, ut cogitata proloqui non potuerit. Contigisset illis ἀποπλάζεσθαι, sive, aberrare ab ejus adspectu, si quæsivissent, & non reperissent. at nunc hoc vult, deceptos eos fuisse novitate formæ, & mutato vultu. quod longe aliud est, quam quod ait,

——— ἀπεπλάγχθησαν ὀπωπῆς.

turpissimus est quidem iste error, sed non novus tamen jam ante enim similiter lapsus est, ne quis credat eum semel haliucinari. Pag. 158. 31. (101)

ψευδομένης ἐλάφοιο παρεπλαγχθέντες ὀπωπῆς
σκύλον ἐθοινήσαντο νόθον δέμας ἄφρονι λύσσῃ.

sane non habebat hoc in animo. quare egregiè infelix fuit. quid enim miserius est, quàm si efferre animi sensa non possis lingua interprete? enimvero hoc

hoc unum fere agunt omnes hac in literaria vita, ut Musis addicentibus vim quandam facundię cõsequantur: sin id minus procedat, at saltem ut nudè & simpliciter mentem explicent suam. Noster sibi neutrum jure vendicet. sæpe enim neque dicit, qnod vult, & tacere nequit, quod dictum non vult.

(107) 168. 12. supra dixit, ——— καθήμενος ὑψόθι φηγοῦ

λυομένης ἐνόησεν ὅλον δέμας ἰοχεαίρης.

nunc hoc ei exciderat. ait enim,

θάμνος ἔην τανύφυλλος, ὁ μὲν φυλίης, ὁ δ' ἐλαίης.
δειλὸς ἐγώ· φυλίης γὰρ ἐπώνυμον ἔργος ἐάσας
πρέμνον ἐς ἀγχικέλευθον ἀνέδραμον ἄλσον ἐλαίης,
ἀρτέμιδος χρόα γυμνὸν ἀθηήτοιο δοκεύων.

hoc ei non fortunatè accidit, quia alieno tempore voluit Homerum imitari, apud quem ex flumine ascendens ille,

——— δοιοὺς ὑπελήλυθε θάμνους
ἐξ ὁμόθεν πεφυῶτας, ὁ μὲν φυλίης, ὁ δ' ἐλαίης.

huc dum respexit, sui oblitus est.

(107) 168. 28. καὶ λόφος] non de vertice, aut de colle loquitur, sed de oculorum tenebris. cœpit enim ἰλιγγιᾶν, & vertigine correptus in terram cecidit. lego, καὶ ζόφος ἠερόφοιτος ἐμὰς ἐκάλυψεν ὀπωπάς. est enim σκότωμα adfectus ille.

(108) 170. 9. ἐμορφώθησαν] perperam. neque ita scripsit, opinor. multò malim,

ὄψεαι ἰοδόκην καὶ ἐμὸν βέλος ἐγγύθι δένδρου·
εἰ μὴ καὶ πτερόεντες ἀμαυρώθησαν ὀϊστοί.

nisi, inquit, mecum perierunt, reperies.

(ibid.) ibid. 13. aut mutilata sunt, aut corrupta. si illud, ex solis libris restitui possunt. si hoc, etiam conje-

ſturę aliquid relinquitur. forte,

ὡ κύνες ὠρίωνα διέσπασαν, ἄιδε καὶ αὐτὸν

σκορπίῳ ἀκλαίωνα κατέκλανεν ὀξέϊ κέντρῳ.

172.16. ὀςέα δ' ἔνθα καὶ ἔνθα χυθῇ μεμερισμένα γαίῃ (109)

λείψανα πεπτηῶτα μόγις συνελέξατο μήτηρ] ſicut frigus membra omnia contrahit, ita etiam metus. Eſt enim metus, inquit Ariſtoteles, ἔκλειψις θερμοῦ ἐκ τῶν ἄνω τόπων. atque hinc fit ut πτῆξαι dicantur, nō qui cadunt, ſed qui pavidi tremunt, & contrahuntur: ubi vero paululum animi acceſſit, fugiunt, & occultant ſe. utrumque timoris eſt, & ab eodem Ariſtotele aut jungitur, aut confunditur. Sic lib. IX. hiſt. animal. cap. XLIIII. de leone, ἐν ταῖς θήραις, inquit, ὁρώμενος μὲν, οὐδέποτε φεύγει, οὐδὲ πτήσσει. ἀλλ' ἐὰν καὶ διὰ πλῆθος ἀναγκασθῇ τῶν θηρευόντων ὑπαγαγεῖν, βάδην ὑποχωρεῖ, κατὰ σκέλος, καὶ κατὰ βραχὺ ἐπιστρεφόμενος. ſimiliter eſt apud alios quoſcunque, ut plura adferre neceſſe non ſit. Noſter, ut ſolet omnia innovare, oſſa cadaveris projecti & collapſi πεπτηῶτα λείψανα dixit. in quo ſanè infiniter erravit, alibi ait,

——— σκοπίαζε πεπτηῶτα λείψανα νεκρῶν.

quod propius abeſt à recto.

172.22. ὄφρα μὲν ἔβρεμε πένθος ἀριςαίοιο μελάθρῳ, (110)

τόφρα δὲ, &c.] non melius potuit prolixæ παρεκβάσεως pœnam dare, quàm hoc modo. Quum enim verboſè κατὰ πρόληψιν, uti diximus, rem narrare cœperat, quæ multis annis pòſt demum futura erat, tam diu digreſſioni immoratur, ut quum jam deſiturus eſt, obliviſcatur ſe futura narraſſe, ſed cū præſenti rerum ſtatu ea copulet. Supra pag. 158.3. (100) ubi incipit παρεκβαίνειν, dixerat eum periiſſe

ἰνδῴην μετὰ δῆριν ἔτι πνείοντα κυδοιμοῦ,

F hoc

hoc est, statim post bellum Indicum. nunc ubi desinit, ait hoc tunc factum esse, quum nasceretur is, qui ab hoc recenti luctu

——— φερώνυμος ἔπλετο πενθεύς.

atqui uterque statim post expeditionem factam interemptus est, & quidem fermè eodem tempore. tum & uterque, quum interimeretur, adulta ætate jam erat. quare alter interire, quum nasceretur alter, non potuit. & lib. XLVI. ipse errorem suum confutat. Satis sudabit, si se ex his laqueis ἀντιλογιῶν expediverit, in quos ipse se induit. manifestè tenetur, neque ulla est effugiendi via.

(110) 172.23. ἐχίονι τίκτεν ἀγαύη
γηγενέος θρασὺν υἷα] sæpe subiit mirari, quî tam ineptum quippiam potuerit ei venire in mentem. perinde enim balbutit, atque si diceret, τῷ ἐχίονι ἔτικτεν ἐχίονος υἱόν. Equidē profecto ignoro quam rectum hoc sit, nisi eum credimus huic natum esse rei, effutiendis nugis. pueros memini ex his frivolis sophisma quoddam contexere, & stultissima quæstiuncula decipere sese in vicem. Extat locus
(529) pag. 804.22. ubi de Io ait,

——— ἣ παρὰ νείλῳ
τίκτε γονὴν ἐπάφοιο, καὶ ἀρχεγόνου κεραέσσης.

„ Io, inquit, quæ Ægyptiorum Isis est, peperit è Iove
„ progeniē Epaphi, & suam, hoc est, Iûs ipsius. nēpe simpliciter hoc voluit, peperisse eam filiū suū Epaphum, à quo deinde Ægyptii vel Memphitæ oriundi sunt. planè adfine est superiori illi delirium hoc, & eadem nugacitatis indoles. quod quidem initio non animadvertimus ipsi, dum commento quopiam juvare ineptias has volebamus. sed tandem tamen ita habendum esse indicavit nobis magnus

ille

ille Phœbus noster, divinus & incomparabilis vir, Daniel Heinsius. cujus opinionem de hoc loco esse certissimam arbitror. etsi enim postea in Eustathii cōmentationibus ea sese obtulerint, quę pro Panopolite nostro facere possent, tamē libet credere, hallucinatum hic fuisse eruditissimū illius seculi episcopū, qui & legerat hos libros, & multa ex iis citavit, & admiratus est. ita quippe fit pessimo vulgi errore, ut sānctū esse putemus quicquid paulo vetustius est. quum igitur in hunc locum incidisset, *Ad Dionysium periegetem.*

——— *τίκτε γονὴν ἐπάφοιο καὶ ἀρχεγόνου κεροέσσης;*

de fatali nugacitate hominis nihil suspicabatur. statim enim pro oraculo istud habuit, & Ceroessam quandam Iûs filiam animo & cogitatione finxit, de qua nemo veterum somniavit unquam. postea vara vibiam secuta est, & errorem error traxit. est locus lib. 3. pag. 106. 12. ubi de Byzantii origine (66)
more suo Grammaticè ineptit,

ἄλλος ἀνὴρ φερέοικος ἔχων γένος ἔνθεον Ἰοῦς
αἰθέριον βλάστημα διιπετὲς, οὔνομα Βύζας,
αὐτογόνου νείλοιο πιὼν ἐπλάσομον ὕδωρ
γείτονα γαῖαν ἔδειμεν, ὅπῃ παρὰ Βόσπορον ἀκτὴν
ἰναχίῃ δαμάλῃ πεπερημένον ἕλκεται ὕδωρ.

non dubito quin hæc verba aptaverit ad figmentum suum. Byzantē enim vidit ex posteris Iûs fuisse. & hujus igitur matrem placuit facere Ceroessam illam, Iûs filiam, quam nuper ex sordibus vitiosæ locutionis eruerat. Adeò res periculi plena est, temerè veteribus fidem habere: nam & ipsi mutuò se fallunt, & posterorum credulitati sæpe faciunt fraudem.

174. 16. concinnem hæc & illustrem, (111)

λήμνιος ἀρτιτέλεστον ἔτι πνείοντα καμίνου

ποικίλον ὅρμον ἔτεινε, &c.

ſupra fuit, λήμνιος ἐργαΐνης.

(112) 176. 24. hoc perplexum ſic evolvas licet,

ἥρης δ' ὅικον ἔλειπε, λέχος δ' ἀπέειπε διώνης,
δηῦς ῥῖψεν ἔρωτα, θεὰς φύγε, κάλλιπε λητώ,
μούνης δ' εἰς ὑμέναιον ἐθέλγετο περσεφονείης.

In librum ſextum Dionyſiacorum.

(113) 178. 10. καὶ δόμον ἀστραίοιο μετέστιχεν εὔποδι ταρσῷ] hoc cõfutavimus jam antè. vide quæ ad pag. 46. 15.

(115. 180. 18. emendandum hoc eſt, θέσφατα μαστεύουσα.

(ibid.) ibid. 22. καὶ δρόμον οὐ παίοντα, καὶ ἀπλανέος δρόμον ὥρης] eſt odioſa battologia, bambalione quodam & fatuo homine digna.

(116) 182. 11. σὺν ἀστέρι κυπρογενείης ἑσπερίῳ] multum ei ac ſæpe fraudi fuit incogitantia ſua. Fatetur jam Heſperum eſſe Veneris ſtellam. quemadmodum & Phoſphorum eſſe ejuſdem dicit ex communi Aſtrologorum ſenſu. pag. 972. 29.

καὶ μέλος εἰς ὑμέναιον ἀνέπλεκε κύπριδος ἀστὴρ
συζυγίης προκέλευθος ἑωσφόρος.

Sane hic quidem cum cæteris ſapuit, & Iove æquo judicavit. At alibi de hac eadem ſtella ſic pronuntiat, ut non modo ab omnium opinione recedat, ſed pugnet quoque ipſe ſecum. nam de Mercurio

(650) ſic inquit, pag. 988. 16.

ἅρματος οὐρανίοιο παράτροπος, ᾧ πέλεν αἰεὶ
σύνδρομος, ἢ προκέλευθος ἑῷος, ἑσπέριος δὲ
ἠελίου δύνοντος ὀπίστερα φέγγεα πέμπει.

mani-

manifestè dicit Luciferum & Hesperum esse stellam Mercurii. quod falsum est. At supra Veneris esse innuit. quod verum est. Ita nō solum Astrologicæ rei imperitus fuit, sed etiam tam imprudens, ut gladium ipse prompserit, quo se confoderet.

182. 22. nescio an eligam, (116)

κρυπτὸν ἀσυλήτοιο τεῦ συλήτορα τέκνου.

de filiæ enim raptu, non de arte ejus mystica loquitur.

ibid. 25. quod hic deest, ita reponere possis, (ibid.)

——— *ἀπροϊδῆ δὲ*
ἀθρήσῃς πρὸ γάμοιο νόθον λαθραῖον ἀκοίτην
θυρομιγῆ, δολόμηλιν· ἐπεὶ δυτικῷ παρὰ κέντρῳ
σὺν παφίῃ στείχοντα γαμοκλόπον ἄρεα λεύσσω.

Falkenburgus non rectè explevit.

184. 26. *ὃν φύσις ἐθρίγκωσε*] videtur noluisse intelligi quæ diceret. adeo obscurus est, & ambages quæritat. Tamen si hoc secretum eliminare licet, expressit illa, quæ sunt *ὀδ. ν.* ubi de saxo quodam & antro, (118)

ἐν δ' ἱστοὶ λίθεοι περιμήκεες, ἔνθά τε νύμφαι
φάρε' ὑφαίνουσιν ἁλιπόρφυρα, θαῦμα ἰδέσθαι.

hæc ille simpliciter, & rectè. noster sensum involvit, & tegit, ut magis sit admirabilis.

186. 25. viri doctissimi, quotquot hunc locum inspexêre, omnes arbitrati sunt multa hîc periisse. videbatur enim hiatus esse quidam & lacuna. (119)

καὶ γαμίαις γενύεσσι δέμας λιχμάζετο κούρης.
περσεφόνης γονόεντι τόκῳ κυμαίνετο γαστὴρ
μείλιχος· αἰθερίων γὰρ δρακοντείων ὑμεναίων
ζαγρέα γειναμένη κερόεν βρέφος, ὃς διὸς, &c.

sunt dissona omnia, & disjecta, ac luxata. nō desperamus tamen de isto ulcere. pauca enim si transpo-

ſuerimus, nihil jam aſperum, nihil inæquale amplius erit.

Tranſp. καὶ γαμίαις γενύεσσι δέμας λιχμάσσατο κύρης
μείλιχος· αἰθερίων δὲ δρακοντείων ὑμεναίων
περσεφόνης γονόεντι τόκῳ κυμαίνετο γαστὴρ
ζαγρέα γειναμένη κερόεν βρέφος, ὃς διὸς ἕδρης
μοῦνος ἐπουρανίης ἐπεβήσατο.

niſi pertinaciter contumaces ſumus, fatendum eſt hæc plena eſſe, & vera, & genuina.

(120) 188. 7. πῆ δ' ἑτέρων βαρύγουνος, ἅτε κρόνος] perverſè mutatum ab imperito librario. quod vidit vir ſummus, & ſubſtituit πῆ δ' ἕτερος, &c. ſed neque ſic tamen rectè. fidenter reſcribo,

πῆ μὲν ἅτε κρονίδης δολιχὸς νέος αἰγίδα σείων,
πῆ δὲ γέρων βαρύγουνος, ἅτε κρόνος, ὄμβρον ἰάλλων.
ἄλλοτε ποικιλόμορφον ἔην βρέφος.

operam & tempus conteram, ſi hoc probare coner. nihil enim eſt verius.

(120) 188. 17. poſtulant antecedentia, & ſequentia,

εἶτα λεοντείοιο λιπὼν ἴνδαλμα προσώπου, &c.

ordine enim ſingulas converſiones recenſet.

(121) 190. 7. αἰθερίῳ πυλεῶνι] ſi hoc ſine mendo eſt, jam & ſibi ipſe adverſatur, & aliis omnibus, qui non in cœlo eos, ſed ſub terra fuiſſe concluſos ajunt. forte ſcripſerit,

ζαγρέος εὐκεράοιο κατεκλήϊσε φονῆας
νερτερίῳ πυλεῶνι.

non longè receſſimus à veſtigiis vulgatæ ſcripturæ. poſſis & ταρταρέῳ.

(122) 192. 2. μεταστήσασα] male. debuiſſet,

κύπελς ἀπὸ κείοιο μεθεστηῦα κεραίης.

(124) 194. 6. μελανάσιος ἦν τότε] non difficile eſt veram lectionem eruere. leg.

ἐν δὲ

——— ἐν δὲ κολώνῃ

παντὶ φιλοσκοπέλῳ μετανάστιος ἤντετο νηρεύς.

in ſcopulos enim ex mari delatus erat.

198. 8. verius erit, & rectius,

ὃς δὲ παραΐξας προτέρην ὁδὸν ἠθάδος ἀγρῶν

ἀχνύμενος πεφόρητο.

ſolebat enim antea Nilus agros Ægypti inundare. at nunc non poterat, quia omnes fluvii, omnia maria limites ſuos egrediebantur.

200. 6. ex veſtigiis priſtinæ lectionis ἄκρον ** ξας (128)
Falkenburgus repoſuit, ἑλίξας. magis rei aptũ erit,

Θεσσαλικοῦ σκοπέλοιο μεσόμφαλον ἄκρον ἀράξας

γειοτόμῳ τριόδοντι διέτμησεν.

percuſſit enim & diviſit; quod aliud eſt, quam ἑλίσσειν.

200, 18. ——— νεοκτίστων δὲ πολήων (128)

ἀρπηγόνοις μερόπεσσιν ἐγυμνώθησαν ἀγυιαί] eſt barbariſmus Nonnicus, quem magiſtelli ſeverè caſtigarent. dicendum enim fuerat, ἐγυμνώθησαν μερόπων. nulli unquam veterum contigit tam inſolenter in poëſi σολοικίζειν. hic primus error eſt. alter reſtat, qui priorem vincit abſurditate. voluit innuere, paucos illos, qui ex diluvio ſervati erant, novas condidiſſe urbes: in quibus initio quaſi ſolitudo quædam & vaſtitas fuit, quia nondum magna erat hominum frequẽtia. en ſocordiã. hoc ſcilicet eſt ἀνθρώπων γυμνοῦσθαι. quis vel leviter doctus ignorat aliud eſſe γυμνὸν εἶναι, aliud γυμνοῦσθαι? nam hoc quidem neceſſario προϋπαρξιν notat. illud verò non ſemper. poteſt enim fieri ut divitiis nudus ſit, qui nunquam eas poſſedit. at nudari illis neminem contingit, niſi qui dives antea fuit. Scitum vetus eſt, οὐδὲν εἶναι γυμνότερον ὑπέρου. nempe ſi verum

 fateri

fateri volumus, nudum esse agnoscemus, sed non nudatum. prius enim aliquid fuisse, quod auferretur, necesse est. Non sumus iniqui antiquo scriptori, sed pensitamus quid rectū sit, quidque vitiosum. tum & ęgrè nobis est, quod multa ejusmodi sint, ut excusari, aut præteriri à nobis non possint.

(128) 200. 19. καὶ φύσις ὀψὲ πάλασσε] non considerarunt loci elegantiam viri eruditi, quæ tamen maxima hîc fuit. miserè ineptum est illud, ὀψὲ πάλασσε, neque capio quit sit. toleravit enim antea quoque & adflicta fuit. nunc iterum regerminant omnia, & nitori suo restituitur rerum universitas: atque hinc quasi renidere natura videbatur. lego.

καὶ φύσις ἂψ ἐγέλασσε.

(651) multò post dicet, pag. 990. 11.

γαῖα δὲ πᾶσα γέλασσε τὸ δεύτερον, ἠερόθεν δὲ
ζωοτόκου Διὸς ὄμβρος ὅλας ἐκάθηρεν ἀρούρας.

planè simile est.

In librum septimum Dionysiacorum.

(129) 202. 12. lego, ἀλλὰ Διὸς πετάσας ἐπὶ γούνασι λευκάδα χαίτην.
hoc quippe supplicis est. & sic mox quoque,

——— δαπέδῳ δὲ καθελκομένοιο καρήνου
ἐκλαδίην ἔθλιψε ῥάχιν.

(130) 202 19. Ζεῦ ἄνα, ναὶ σὺ δόκευε καληφόρος ἄλγεα κόσμου] hæc ventilanda sunt à dicendi magistris, quorum notam nunquam erit ut effugere possit. Verba, quæ hic leguntur, à squalido sene facta sunt, & à sup-

à ſupplicante, qui rerũ univerſitatẽ in languore & malis eſſe cõqueritur. Oportuit igitur omnia miſerabilia eſſe & depreſſa. quod nõ obſervavit noſter. nam hic pariter, ut in cæteris, magnæ illius ideæ ſublimitatem adfectavit. Atqui meminiſſe debebat contra veterum edicta hoc fieri, qui in his nihil admiſerunt præter τὸ ἔλεος & τὸ πάθος. & ratio quidem manifeſta erat. cum enim exurgere grandi oratione nemo poſſit, niſi cujus ſit animus ἐμβριθὴς καὶ οἷον ἐγκύμων γενναίου τινὸς παραστήματος, ſequitur ridiculè hoc & indecorè ab eo tentari, quem dolor & dejicit, & alteri ſupplicare cogit. Non neſciit hoc, opinor: ſed fuit tamẽ aliud quiddam, quod eum fefellit. cum enim ſupplicationem fingi debere παθητικὸν videret, exiſtimavit etiam τὴν ἐν διάρσει σύνθεσιν huic jungendam eſſe, ſine qua nunquam eſſe τὸ πάθος videbatur. Hæc opinio quàm futilis ſit, jam olim oſtenderunt acutiſſimi & ſapientiſſimi veterum. Accidit enim ſemper ut & luctus, & lamentatio, & metus commoveant quidem mentem, ſed deprimant tamen. quare hic neceſſe eſt τὸ πάθος ὕψους χηρεύειν. contrà, nihil frequentius eſt, quàm ut declamatores in encomiis, ἐν τοῖς πομπικοῖς καὶ ἐπιδεικτικοῖς attollant ſeſe, ſed ita, ut τὸ πάθος nuſquam appareat. Quæ cum ita ſint, non poſſumus grandiloquentiam illam hoc loco tolerare,

οὐχ ὁράας, ὅτι γαῖαν ὅλην οἴστρησεν Ἐνυὼ
ὥριον ἀμώουσα ταχὺ φθιμένης στάχυν ἥβης;
οὔπω λείψανα κεῖνα παρήλυθεν, ἐξότε φαιῶν
ἔκλυσας ἔθνεα πάντα, καὶ ἠερίου ῥόος ὄμβρου
ἠέρα κυμαίνων ἐπεπάφλασε γείτονι μήνῃ.

amplus eſt, copioſus, gravis, ornatus. in quo profe-

ctò vis maxima eſt, ſed non omni tempore. mox,

χαιρέτω ὠκυμόρων μερόπων βίος, ὧν ἐπὶ πότμῳ
ὑστερίους οἴκας ἀναίνομαι· οὐκ ἔτι κόσμου
πεῖσμα κυβερνήσω· μακάρων δέ τις ἄλλος ἀρείων
πηδάλιον βιότοιο παλιννόστοιο δεχέσθω.

non diſcedit à majeſtate illa, & acerrima contentione, ſed eundem magnitudinis ſpiritum ſine ulla commutatione retinet. Iam illud,

κυφὸς ὅτε τρομερῇσι περισσοπόδεσσι πορείαις
γηροκόμῳ βαρύγουνος ἐρείδεται ἠδέϊ βάκτρῳ,

potius eſt delicati, & laſcivientis, quam mœſti, & deſperantis ut taceam mirè ineptum illud eſſe,

——— *περισσοπόδεσσι πορείαις.*

eſt enim *περισσὸν*, quod redundat & ſuperfluum eſt. at nihil ſuperfluum eſt, quod idem ſit neceſſarium. neceſſitas autem ſenibus fulcra iſta addidit. In ſequentibus verò,

δίδυμα μὲν ὡς ἐρόεις πέλεται γάμος, ἦχι λιγαίνει
πανιάδος σύριγγος ὁμόθροος αὐλὸς ἀθήνης·
ἔμπης ποῖον ὄνειαρ, ὅτι ζυγίῳ παρὰ παστῷ
ἑπταλόνου φόρμιγγος ἀράσσεται ὄρθιος ἠχώ;
πηκτίδες οὐ λύουσι μελεδῶνας.

diſputat, non precatur. præterea eſt juvenilis redundantia, quæ nihil habet attenuatū, ſed quædam etiam paulo hilariora. quare vix ſana hæc ſunt,

(130) 202. 31. nō poteſt hîc ſe tueri à culpa barbariſmi.

ἄρκιον οὐ πέλε γῆρας, ὅπερ νεότητα μαραίνει,
καὶ βραδὺν ἄνδρα τίθησι κάτω νεύοντα προσώπῳ.

tum & illud, quod addit poſtea,

ἄρκιος οὐ πέλε πότμος, ὃς ἔκρυφε πολλάκι λήθῃ
νυμφίον ἀρτιχόρευτον ὁμόστολον ἥλικι νύμφῃ.

niſi ſententiæ ductu adjuvarer, non intelligerem verba. dolet nullum eſſe remedium, quo aut ſene-

ctutis

ætutis moleſtiæ tolli, aut mors propulſari poſſit. igitur, οὐκ ἔστιν ἄρκιος ὁ θάνατος, perinde eſt ac ſi diceret, οὐκ ἔστιν ἀρκεῖν τὸν θάνατον. ſane ἄρκιον quidvis potius aliud eſt, quam iſtud. ἄρκια νούσων Nicandro ſunt ἀλεξητήρια, quæ avertunt morbos. at νόσος ἄρκιος non eſt morbus, qui depelli nequit. hæc diſcernenda erant, ſi ἑλληνίζειν voluiſſet.

204. 4. συζυγίης ἀλύτοιο φερέσβια πείσματα λύσας] de conjugio, quod mors dirimit. ſunt bracteatæ nugæ. (130)

204. 13. φάρμακον ἐῤῥίζωσε] non hoc voluit, ſed contrarium potius. ait enim eum æterno luctu & mœrore damnaſſe gentem humanam, & hac fine radicitus ſuſtuliſſe primam & ſolam lætitiæ cauſam. legendum eſt, (131)

ἀλλὰ πολυκμήτων μερόπων ἐπίληθον ἀνίης
φάρμακον ἐκρίζωσε βιοσσόον.

antecedentia hoc ſtabiliunt.

204. 20. ὄφρα τέως σκεδάσειε] legendum eſt, (131)

ὄφρα θεῶν σκεδάσειε πολῷ μελεδήματα κόσμου.

nō enim de potu ſimpliciter, ſed de præſtantia ejus, & differentia, καθ᾽ ἣν ποιός τις, agit.

206. 7. γαῖα χαρασσομένη σταχύων μνηστῆρι σιδήρῳ] (132) quemadmodum in Muſicis ſonus proprius ſuavior fit διὰ τῶν παραφώνων, ita in loquendo quoque circuitus ſæpe cum ornatu latiùs extēdit, quod ſignificari breviter poteſt. etiam Ariſtoteli viſum eſt ὅτι εἰς μέγεθος τῆς λέξεως συμβάλλεται τὸ λόγῳ χρῆσθαι ἀντ᾽ ὀνόματος. verum ſicut hoc ibi laudat, ita alibi, cum decorem non habet, φενακισμὸν appellat. & certe nihil aliud tunc eſt, quàm inepta περισσολογία quædam, qualis ſæpe in hoc ſcripto nauſeam legenti movet. Vomer, inquit, quo terra proſcinditur,

tur, eſt σαχύων μυηςὴς σίδηρος. nihil eſt anilius. In Platone veteres ſubinde hac parte damnant τὸ μὴ ἡδέως κεκερασμένον, ἀλλὰ φυσῶδες, καὶ ἄμυσον, ὅπερ εὐθὺς ἀβλεμὲς προσπίπτει, κυφολογίας τε ὄζον καὶ παχύτητος. fuit ille quidem, fateor, minus hic temperans: tum & alii multi, quantò plus in verſibus ſibi permiſſum ſciebant, tantò magis inſolenter, & enormiter peccarunt aliquando: ſed levia ſunt ea omnia, præut noſter quæ dabit. non recenſemus ſingula, quia integros ſçpe libros occupavit iſte error.

(112) 206. θερμὸν ἀκοντίζων αὐλόσσυτον ἀφρὸν ἐρώτων.] hoc multò felicius expreſſit, quàm cæteri omnes, qui αὐτομάτητα & θορὴν dixêre. mox repetit iterum pag.362.1. Si Hebraicè ſciviſſet, crederem eum ſecutum eſſe planè illud ipſum, quod veteres Iudæorum magiſtri huic rei deſignandæ repererunt. Solent enim illi, quoties in contextu Biblico aliquid μονῆρες & minus familiare ſemel tantùm occurrit, id aliâ quadam formâ induere, & ad peculiarem ſuum idiotiſmũ traducerę. Eruerunt igitur alicunde טוח ſuum, & in hiphil eleganter הטיח finxerunt, quod nó magis frequenter illis eſt ἀκοντίζειν, quàm σπέρμα ἐκβάλλειν, ſive ſemen ejaculari, & effundere in uterum. Hoc valde conveniens eſt, & idem cum Nonnico illo.

(132) 206. 17. μεσσάδα χαίτην.] talia fingere ſolet pro libitu. etſi magis tamen credo eadem peregrinitate ſcriptum fuiſſe,

βασσαρίδων τε φάλαγγα φιλεύϊον ὑψόθεν ὤμων
ἄπλοκον αἰθύσσουσαν ἐς ἠέρα κισσάδα χαίτην,

id eſt, hedera redimitam. ſi rectè memini, dixit alibi quoque, κισσὰς ἐθείρη. nihil de hoc genere adferri poteſt, à quo abhorreat ejus genius.

206.3.

206.3. περὶ πλοκάμοισιν ἑλίξας σῆμα τεῆς νεότητος] (133)
pendent omnia, & confuſa ſunt, neque pertinent ad hunc, quē alloquitur, ſed ad alium quempiam. leg.

καὶ θεὸς ἡμερίδων ἐπικείμενον οἴνοπι κισσῷ,
ὡς στέφος, ἑρπυστῆρα περὶ πλοκάμοισιν ἑλίξει,
σήματα τῆς νεότητος ἔχων, &c.

viri ſummi mutant quod integrum eſt. cætera reliquerunt inemendata.

206. 32. καὶ τὰ μὲν ὡς εἰπόντε διέτμαγεν. ὃς μὲν ἱκάνων (133)

οἶκον ἐς ἁρμονίης] quā veteres philoſophi φύσιν, ſive Naturam dixere, eam recentiores Græci ἁρμονίην appellabant. Hos ſecutus noſter facit univerſi matrem præſidemque harmoniam, de qua hic loquitur, & alibi non ſemel. ſic enim pag. 328. 15. Sol (213)
oracula ſciſcitanti oſtendit

κύρβιας ἁρμονίης ἑτερόζυγας, αἷς ἔνι κεῖται
ἐν ἑνὶ θέσφατα πάντα, τάπερ πεπρωμένα κόσμῳ
πρωτογόνοιο φάνητος ἐπέγραφε μαντιπόλος χείρ.

qui Inuum eundem cum Sole faciunt, ἠχὼ quoque non aliam eſſe, quam ἁρμονίην voluerunt, quæ amica Soli fuit, tanquam ſphærarum omnium, de quibus naſcitur, moderatori. pag. 1068. ejuſdem (703)
quoque meminit,

εἰς δόμον ἁρμονίης παμμήτορος, ὁππόθι νύμφη
ἴκελον οἶκον ἔναιε τύπῳ τετράζυγι κόσμου.

& mox pag. 1070. ad eandem,

εἰρομένῃ θέσπιζε, καὶ ὡς βιότοιο τιθήνη, (705)
ὡς τροφὸς ἀθανάτων, ὡς σύγχρονος ἥλικι κόσμῳ,
εἰπὲ τίνι πολίων, &c.

208. 31. —— ἄκρα κονίης (134)
λεπτὸς εὐκνήμιδος ἐπέγραφεν ὁλκὸς ἀπήνης] quò
ulterius

ulterius progreditur, eò magis ridiculus fit. Apud Homerum passim sunt milites εὐκνήμιδες. quod quid sit, tirunculi non ignorant. est enim res omnibus obvia. Noster, quoties hujus vestigia deserit, toties in tenebris quasi palpitat & offendit. Sanè quidem ἀπήνας sive currus facere εὐκνήμιδας, mera inscitia est. non enim jam capiti, ut Luciani jocus est, sed rotis induuntur ocreæ. Cæterum fefellit eum ἀγραμματησία sua. radii in rotis sunt κνῆμαι, quas & κνημίας à Lysia dictas ait Pollux duobus locis, sed altero à scriptoribus librariis depravato, qui ex priori restituendus est. Ab his longè diversæ sunt κνημῖδες, neque confundi possunt sine imperitiæ nota. Pari modo jam reliqua, quæ utrinque ex lege ἀναλογίας ducuntur, differunt. quemadmodum enim curruum τροχοὶ sunt εὔκνημοι, & ὀκτάκνημοι, ita Achivos suos facit ille εὐκνήμιδας. nos hæc minima persequimur, ut magis manifesto appareat, quàm ridicule Homerum secutus sit.

(134) 210. 4. νιφόμενον χρονίων&c.] in sublimi Idea veteres operosè commendant λέξιν σεμνὴν καὶ περιττὴν, καὶ ἐξαλλάττουσαν τὸ ἰδιωτικόν. hanc virtutem autem Aristoteles constituit ἐν τοῖς ξενικοῖς. cæterum ξενικὸν esse dicit γλῶτταν, μεταφορὰν, ἐπέκτασιν, καὶ πᾶν τὸ παρὰ τὸ κύριον. quicquid enim proprium nō est, id peregrinum esse, & magis excitare admirationem censet. Sed hîc iterum cavendum esse ait, ne peregrinitas ista tollat perspicuitatem. nō enim minus necesse est, ut dictio hîc dilucida sit & plana, quàm ut humilis ne sit. Hinc est cur cæteri quoque Græci magistri, quum vulgaria omnia & trita vitanda docent, in hac tamen insolita & insueta dicēdi ratione consuetudinē quandam & usum

volunt

volunt observari. quemadmodum enim in ornatu orationis aliquid esse incomptum potest, ut appareat quædam etiam negligentia diligens, quod Marcus Tullius existimat: ita ἐν τῷ ἐξηλλαγμένῳ τῆς λέξεως iidem illi ponunt quandã συνηθείας τέχνην, sive φύσιν. noster omnẽ usum & consuetudinem sic vitat, ut sæpe insolenti quadam novitate dicta sua confutet. Vites, dum immaturas uvas ferunt, non nive, sed pluvia gaudent. & quid igitur illud est?

——— φυτὸν ἔνδοθι κήπυ
ἔγχλοον οἰδαλέῳ βεβαρημένον ὄμφακι καρπῷ,
νιφόμενον κρονίων⊗ ἀεξιφύτοισιν ἐέρσαις.

respuebat ἀρδόμενον, vel δευόμενον. uulgare enim erat. magis placuit νιφόμενον homini fastidioso. Sanè quidem non exigebat rerum natura dictionem ἐξηλλαγμένην (potius enim ad infimum genus spectat) sed tamen si hac parte pro more suo & ingenio (quod alibi sæpe factum reprehendimus) peccare voluit, saltem eligere debuit eam dicendi rationem, quæ & dilucida simul esset, & non humilis. Nunc ipse sibi tenebras offundit, vel contradicit potius. neque enim nive maturescunt uvæ, sed pereunt. abest igitur ἡ σαφήνεια, cujus proprium erat παριστᾶν τὸ νούμενον. manet verò solum τὸ ξενικὸν, quod in vitium excidit.

210. 13. καὶ σεμέλη φυλὸν ἦεν] est fatalis ἀπροσεξία, (135)
quâ aliud dicit, quàm vult. debebat scripsisse,

καὶ φυτὸν ἦν διόνυσ⊗.

nam huc tendebat. nũc longe diversum quiddam extrusit. preter omnium expectationem. Apud Comicos frequens σχῆμα est τὸ παρ' ὑπόνοιαν, quod illi magna arte adfectant. noster hoc sine cura adsequitur, solo naturæ ductu, sive, ut lepidissimus Ari-

stopha-

ſtophanis jocus eſt in Veſpis, πόῤῥω τέχνης. tantum cuique prodeſt ingenii dexteritas & εὐφυΐα.

(135) 210.23. nihil æquè vitibus nocet, quàm hirci morſus, & impreſſi dentis venenum. legendum eſt, καὶ τράγον ἐσσομένης σαφυλητόμον ἐχθρὸν ὀπώρης.

(ibid.) ibid. 28. καὶ βοέαις λιβάδεσσιν ἐπορφύροντο χιτῶνες] hoc eſt, ſanguine taurino maculabantur. non ſatis explicat quid velit. neſcias enim utrò vergat, ſitne urina tauri, an ſanguis. nec enim hæc magis, quàm ille, eſt βοὸς λιβάς. debebat, καὶ φονίαις λιβάδεσσιν ἐπορφύροντο &c. eſt enim φόνος ſanguis quivis, etiam ſine cæde effuſus. ſicut apud Theocritum de pugile Amyco,

ἔστη δ' πληγαῖς μεθύων, ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα
φοίνιον.

(138) 214.22. χορείαις] nihil hic quidquam de choreis. vera lectio in promptu eſt.

μὴ ποταμὸς μετὰ πόντον ὁμοζήλοισι τοκεῦσι
κύματος αὐτογόνοιο λεχώϊον ὁλκὸν ἑλίσσων
ἄλλην κύπριν ἔτικτε;

(ibid.) ibid. 31. εἰς λέχος ἐνδυμίωνος ἀκοιμήτοιο νομῆος] imo apud Theocritum eſt,

—— ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων ἐνδυμίων.

(139) 216.10. δέρμα βαλοῦσα] hæc ſine ſenſu ſunt. quid reſtitui poſſit, nondum mihi in mentem venit. niſi forte ſcriptum fuiſſe arbitremur.

καὶ τάχα τειρεσίαο παλαιοτέρην μετὰ νίκην
λύσατο δεῖμα βαλοῦσα πάλιν γλαυκῶπις ἀθήνη.

hoc eſt, ἀποβαλοῦσα τὸν φόβον, ſive, abjecto metu, qui ſemel eam ceperat, ex quo conſpecta olim nuda fuit.

(139) 216.18. ῥοδέου σπινθῆρος κεραυνοῦ] neque fulmen

eſt

est ῥόδεον, neque mentio fulminis cum cæteris, quæ adduntur, convenit. concinnius erit,

τῇ μὲν ὀπιπεύων ῥοδέων σπινθῆρα παρειῶν,
τῇ δὲ βοογλήνων βλεφάρων σέλας, ἄλλοτε χαίτην.

spectabat enim formam ejus, & admirabatur. alibi dixit.

παρθενικὰς ἐρύθηνε νόθῳ σπινθῆρι παρειάς.

218. 12. νὺξ φονίη] gravatur solis lucem. & jam noctem velit esse ac tenebras. quare vulgatum illud nihili est. lege, (140)

ἔννεπε νὺξ χρονίη, φθονερὴ πότε δύσεται ἠώς;

nam χρόνιος advenit, qui tarde & cunctanter:

ibid. 32. μέλψον] res ipsa præit nobis ad germanam lectionem. scrib. (141)

——— ἐπαντέλλουσα μελάθροις
λάμψον ἐμοὶ ποθέοντι σὺν ἀστέρι κυπρογενείης.

220. 12. nullos mallem ludos spectasse præ his, quæ nunc narrat. (141)

καὶ σεμέλην φιλίῳ θαλάμης ἠγκάσσατο δεσμῷ,
τῇ μὲν ὑπὲρ λεχέων βοέην μυκώμενος ἠχώ,
ἀνδρομέοις μελέεσσιν ἔχων κερόεσσαν ὀπωπὴν
ἰσοφυὲς μίμημα βοοκραίρου διονύσου.

est inventio misere lascivientis sophistæ, & tot ineptiæ, quot verba. dicit eum inter puellæ amplexus formam tauri induisse, & mugiisse, ut filium gigneret ταυροφυῆ. iterum,

τῇ δὲ λεοντείην πυκινότριχα δύσατο μορφήν.
ἄλλοτε πόρδαλις ἦεν, ἅτε θρασὺν υἷα φυτεύων
πορδαλίων ἐλατῆρα, καὶ ἡνιοχῆα λεόντων.

nemo jam neget eum ἐλλεβορίζειν. quid enim his opus fuit? Hercules feras omnes domuit: & cur igitur pater ejus potius Amphitruonis, quàm tot ferarum vultum sumpsit, cum Alcmenem comprimeret?

G cur

cur Majam ſine alatis pedibus inivit? aut cur citharam, arcum & ſagittas omiſit, quum Latonę vitium offerret? Si tam febriculoſi fuiſſent cæteri, poterant gemina his deliria effutiviſſe. Quæ verò ſubjicit, majoris etiam nugacitatis ſunt.

ζεὺς ἢ γάμῳ ὀλίσθυνε, καὶ ὡς παρὰ γείτονι ληνῷ
εὔιον ἐσμαράγησε φιλεύϊον υἷα φυτεύων.
καὶ στόματι στόμα πῆξεν ἐρωμανὲς· ἱμερόεν δὲ
νέκταρ ἀναβλύζων σεμέλην ἐμέθυσεν ἀκοίτης
νεκταρέης ἵνα παῖδα τέκῃ σκηπτοῦχον ὀπώρης.

ſunt frigidiſſimæ ἔννοιαι. & ſatius erat hæc omnia unâ liturâ emendari. nulli enim rei ſunt.

In librum octavum Dionyſiacorum.

(144) 224. 10. utinam ne tam ſæpe acutus videri voluiſſet. multò commodiore eo uteremur. pergit nunc ſedulo argutari homo ad unguem factus, & planè ἠκειβωμένος πρὸς τὸ ληρεῖν. dum hæc ſcriberet, caſu quodam, ut fit, in mentem ei incidit, eſſe prægnantium morbum quendam, qui κίτλα vocaretur. non erat prætereunda tam pulcra occaſio. aliquid comminiſcēdum fuit de iſta adfectione, quod ad hanc congeriem traheretur. ait igitur, & graviter pronuntiat,

μαρτυρίη δὲ τόκοιο φιλοστεφάνου διονύσου
στέμματι θυμὸν ἔτερπεν, ἐπ᾽ ἀνθοκόμου δὲ καρήνου
θυάδος αὐτοέλικτον ἀνέπλεκε κισσὸν ἐθείρης,
βασσαρίδων ἅτε μάντις, ** ἀπειρομένῃσι ἢ νύμφαις
ἔψιμεν ἀγχιλέκοισιν ἐπωνυμίην πόρε κισσοῦ.

mater

mater ejus, inquit, dum gravida erat, κισσῷ redimivit caput: & quia malacia tunc ſubinde tentabatur, factum eſt ut exinde omnes mulierculę νεόγαμοι & gravidæ, quæ idem malum ſentirent, κισσᾶν dicerentur παρὰ τὸν κισσόν. neſcio equidem quid tantum de ſe meruit; aut quo modo tam ridicula potuit ſcribere. Hederæ nihil eſt quod cum gravidarum malacia commune ſit, niſi quod eiſdem ferme literis Græcè ſignetur. quid tum poſtea? ergo iſti morbo, inquit, origo & cauſa eſt ab hedera. Sanè hoc novum eſt. jam enim multo antè philoſophi & medici, ingratiis omnium Ægypti ſophiſtarum adfirmarunt eſſe aviculam quandam, quam κίτlαν appellant. ab hac malaciæ mulierum nomen factum eſſe, ſive quod illa conſimili forte tentetur tædio (quod Ægineta cenſuit) ſive quod varios induat colores. Horum mentem Romani quoque ſecuti ſunt. κίτlαν enim cum Latinè reddere vellent, picam dixêre. nam hederam cur mallent appellare, cauſæ non erat. & forraſſe neſciverunt, quid Panopolitæ noſtro de hac re in aurem ſuſurraſſet

——— πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

latent enim nos cæteros talia myſteria, neque magnopere dolemus.

224. 9. ** ἀπεστομένῃσι δὲ] dubito an reſcribendum ſit, (144)

——— ἀσωομένῃσι δὲ νύμφαις

ὄψιμον ἀγχιτόκοισιν ἐπωνυμίην πόρε κισσοῦ.

ſic enim Ariſtoteles quoque locutus eſt de eodem prægnantiū adfectu, lib. VII. hiſt. animal. cap. IIII. ἰσώθασι δὲ ταῖς κυούσαις αἱ ἐπιθυμίαι γίνεσθαι παντοδαπαὶ, καὶ μεταβάλλειν ὀξέως, ὃ καλοῦσί τινες κισσᾶν. μάλιστα

λιϛα δ' ἀσῶνται, ὅταν ἄρχωνται τὰ παιδία λείχας ποιεῖν. porro νύμφας dixit τὰς νεογάμους, & quæ mox uterum ferre incipiunt.

(146) 228. 5. ἄξονα βαίνω] non eſt hoc nauci. lego,

οὐρανὸς ἰλήκοι μερόπων δόμος, εἰς χθόνα βαίνω.

dolet mortalibus in cœlo locum dari. & ipſe igitur ad terram abire vult, ubi hæc non videat, neque audiat.

(147) 228. 17. τελεσιγάμοιο] eſt ineptum. conſultius ſcripſiſſet,

——— σοφὴν ὠδῖνα τελεσσιγόνοιο καρήνου &c.

hoc & verius fuiſſet: neque receſſiſſet à conſuetudine ſua.

(148) 230. 16. certus ſum librarios invertiſſe mentem hujus loci. contra enim verum eſt. lege,

ἢ γὰρ ἀεὶ παρέμιμνε Διὸς ψευδήμονι τύμβῳ

τερπομένη Κρήτεσσιν, ἐπεὶ πέλον ἠπεροπῆες.

eſt hoc pulcerrimæ inventionis, & plenum venuſtatis. Deam quandam ἀπάτην fingit, cujus ſedem in Creta conſtituit. Cretenſes enim præ cæteris amabat, quia mendaces erant.

(150) 232. 22. μηδὲ τεὴν ὀπάσειας &c.] eſt germana lectio, quam eruditiſſimus Falkenburgus temerare non debuit.

(153) 238. 2. ἐπεβήσατο] lege,

εἰ δὲ γυναιμανέων σε βιήσατο κυανοχαίτης.

hoc enim eſt εὐφημότερον. & neceſſe fuit ut uteretur hîc eo ſchemate.

(158) 246. 1. non ſunt pleni numeri. ſcribe,

θνητῇ ἀπαιτίζεις με, τὰ μὴ θεὸς ἤτεε λῃτῶ.

(159) ibid. 20. ὠκύμορον δ' οὐ τέκον &c.] etiam hîc eundẽ errorẽ errat, in quem induxit eũ prolixa παρέκβασις & evagatio, quam reprehendimus ad pag. 172. 22.

248. 15.

248. 15. νέον δέμας αἴθοπι πυρσῷ] ſunt adulterina, (160)
& hiatus apparebit, niſi ſic mecum reſtituas.

ϗ καθαρῷ λύσασα νέον δέμας αἴθετο πυρσῷ,
ϗ βίον ἄφθιτον ἔχεν ὀλύμπιον.

In librum nonum Dionyſiacorum.

250. 10. κικλήσκων διόνυσον, ἐπεὶ ποδὶ φόρτον ἀείρων (161)
ἤιε χωλαίνων] iterum Grammaticum agit, &
ſyllabarium judicium ſibi vendicat. tum & Græcorum γλώττας interpretatur.

νῦσος ὅτι γλώσσῃ συρακοσσίδι χωλὸς ἀκούει.

inepta eſt hæc & intolerabilis ambitio in hujuſmodi ſcriptione.

252. 28. θρεπτήρια νείλῳ] neſcio quem locum Ni- (163)
lus hîc habeat. lege,

——— σοὶ δὲ κρονίων
ἄξια σῶν καμάτων ὀπάσει θρεπτήρια κούρῳ.

mercedem pollicetur pro munere nutricationis. hinc poſtea conqueritur infantis hujus nutrix,

καλά μοι ἀργικέραυνε πόρες θρεπτήρια βάκχου.

254. 1. νόθης ψαύσατο κονίης] eſt diſtortiſſima ora- (164)
tio, in qua nihil ſani eſt. nos ſententiam & veram lectionem reponimus,

ϗ μόρον ὑρεσίφοιτος ἐσαθρήσειεν ἀγαύη
πενθέος ὀλλυμένοιο, νόθης ψαύσειε δὲ κόρσης
παιδοφόνος γεγαῶα.

eſt planè hoc ipſum quod multo pòſt evenit. nam
pag. 1196. ſunt matris ipſius verba, (788)

θῆρα βαλεῖν ἐδόκησα, νεοτμήτοιο δὲ κόρσης

ἀντὶ λεοντείης κεφαλὴν πενθῆος ἀείρω.
(165) 256. 7. ἔςασεν] forte, πρώτη ῥόπτρον ἔπαλλεν. aut si quid huic simile est.
(168) 260. 21. facit ejus fatalis barbarismus, ut credam primitus scriptum fuisse,

δεξιτερὴν ἐπίταινεν ὅτι ςόμα λυσσάδος ἄρκτου,
σμερδαλέαις γενύεσσιν ἀταρβέα δάκτυλα βάλλων,
δάκτυλα κνείζοντα.

nam & puer erat, & inter ludendum ursarum ori manum suam immittebat. est insolens, fateor, & novum, sed tamen solet interdum à communi usu etiam multo longius recedere.
(169) 260. 32. ἦεν ἐσυλήθης· σεμέλης τόκος ἐςὶν ἀρείων] est Nonnismus. ubique enim hoc nobis occinit, quo-
(222) ties impares facit duorum laudes. sic pag. 342.6.

δηῶ ἐσυλήθης μετὰ παλλάδος· οὐ γὰρ ἐλαίαι
εὐφροσύνην τίκτουσι, καὶ οὐ ςάχυς ἀνέρα θέλγει.

pluris enim facit vites. alibi hæc sine fine occurrunt, & authoris sui καινοσπουδίαν arguunt.
(172) 266. 10. extant elegantissimi versus Platonis in statuam Panis. inter quos duo sunt planè Græcæ rotunditatis,

αἱ δὲ πέριξ θαλεροῖσι χορὸν ποσὶν ἐςήσαντο
ὑδριάδες νύμφαι, νύμφαι ἁμαδρυάδες.

utinam tale distichon noster scripsisset, & de Dionysiacis, aut de paraphrasi nunquam cogitasset. plus quippe laudis hinc ei partum fuisset, quàm ex multis versuum millibus. Poterat quidē istam venustatem imitari hoc modo.

εἰσέτι νηπιάχοιο χορὸς ἐςήσατο βάκχου,

sed maluit aliquid innovare. Meminerat cognata hæc inter se esse, ἱδρύειν & ἱςάναι. quare pari iure utrumque sine discrimine ubique confundi posse
crédidit,

credidit. Atque hinc est admirabilis ille Hellenismus,

——— καὶ ὀμφάιῃ παρὰ πέτρῃ
εἰσέτι νηπιάχοιο χορὸς ἱδρύσατο βάκχου,
φοίβου μαντοσύνῃσι.

Ne quis nesciat quid hoc sit, nova quadam Nonnismi lege χορὸς ἱδρύσασθαι est idem quod, choreas ducere. Nihil obstat quo minus cætera eodē barbarismo turbemus. καθίσαι & ἱδρύειν adfinia sunt. dicat ergo similiter aliquis,

——— χορὸς ἐκάθισε λυάιου,

id est, ἐστήσατο. nescio quæ victimæ satis sint isti errori expiando. adeò inusitatus est.

ibid. 32. καὶ ὡς βροτὸς] est illud in mendo. lege, (172)

——— καὶ ὡς τροφὸς ἁβρὸν ἀθύρων &c.

vir, inquit, cum esset, tamen nutricis munere functus est. sequitur enim deinde,

καί οἱ δακρυχέοντι γαλακτοφόρου περὶ θηλῆς
ἄρσενα μαζὸν ὄρεξε.

In librum decimum Dionysiacorum.

274. 7. ἀναγκάιῃ μεγάλῃ θεὸς εἰν ἑνὶ φεύγεις] vitiose. & mox male, φυλαγμένον ἐγγύθι πόντου. visus sum locum integritati suæ reddidisse, (177)

τέκνον, ἀναγκαίῃ μεγάλη θεὸς εἰς τίνα φεύγεις;
ποῖον ὄρος δέχεταί σε πεφυγμένον ἐγγύθι πόντου;

partem horum mutuatus est à Callimacho, cujus illud divinum est hymno IIII.

λιτοῖ, ἀναγκαίη μεγάλη θεός· οὐ γὰρ ἔγωγε πότνια σὰς ὠδῖνας ἀναίνομαι. ἀλλά μοι ἥρη δαψιλὲς ἠπείλησεν.

(177) 274. 11. ἢ ξίφος, ἢ σε θάλασσα &c.] hæc admirabilia sunt, & magni cujusdã spiritus. apparet enim vehementissimum πάθος ὑπὸ μανίας τινὸς ἐνθουσιαστικῶς ἐκπνέον, καὶ οἱονεὶ φοιβάζον τοὺς λόγους. valde perturbat animos, & concitat. deinde casta sunt omnia, plena, & rei accommoda. inspiciatur integer locus. pauca ejus enumerare possumus talia κατορθώματα.

(181) 280. 7. ἐκ μελέων γὰρ ὄνειαρ ἐφαίνετο· νισσομένου δὲ ἐκ ποδὸς ἀργυρέοιο ποδῶν ἐρυθαίνετο λειμών] gratiam à me inibit, qui interpretabitur quid sit istud ὄνειαρ, tum & quomodo nascatur ἐκ ποδὸς ὁ ποδῶν λειμών. restituendus est elegantissimus sensus,

ἐκ μελέων δ' ὅλον εἶαρ ἐφαίνετο· νισσομένου δὲ
ἐκ ποδὸς ἀργυρέοιο ῥόδων ἐρυθαίνετο λειμών.

feliciter adsecutus est τὸ χαρίεν. tale est illud in epigrammate quodam,

εὕδεις ἐν φθιμένοισιν ἀνάκρεον ἐσθλὰ πονήσας.
εὕδει δ' ἡ γλυκερὴ νυκτιλάλος κιθάρα.
εὕδει καὶ σμέρδις τὸ πόθων ἔαρ.

& apud Theocritum pari venustate,

νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ θεαὶ ἀγροιώταις,
εὐνίκα, καὶ μαλὶς, ἔαρ θ' ὁρόωσα νυχεία.

Plautus Truculento, scen. Nũ tibi nã — *Ver vide*
Ut tota floret! ut olet! ut nitidè nitet!

(184) 284. 5. non erat periculum ei ab alia re, quàm à Zephyri flatu. lege.

μὴ ζεφύρου πνεύσειε πάλιν θανατηφόρος αὔρη.

(186) 286. 23. μοῦνον ἐμοὶ φίλε δῶμα φιλοσκάρθμῳ διονύσῳ· καλὸν ἐμοὶ σεμέλης στεροπὴν ἐλάχειαν ἀείρειν] emen-

emendare jam ante hunc locum conati sunt viri summi, sed non ita, ut rem tetigisse videri possint. plura enim mendosa sunt, quæ nos si non correximus, at saltem ut concinniora essent, effecimus. leg.

μοῦνον ἐμοὶ λίπε παῖδα φιλοσκάρθμῳ διονύσῳ.
καλὸν ἔοι σεμέλη στεροπὴν ἐλάχειαν ἀείρειν.

mater mea, inquit, fulmen, & alii alia à te petant „
præmia. mihi satis sit, si per te liceat hujus amore „
frui. pag.488. 7. παῖδα pro δῶμα suppositum est. (319.4)
hîc contra.

In librum undecimum Dionysiacorum.

300. 6. ἀρτιθαλῆ τινα νεβρὸν] narrat portenta quæ- (194)
dam, quæ fidem excedunt. cerastes serpens, inquit, hinnulum dorso ferebat, & tandem cornibus suis interfecit. hoc ridiculū est. nam & cornicula ejus, sicut cochlearum, tenera & mollia esse ait Plinius; & Aristoteles lib. 11. hist. animal. cap. 1. negat ullas animâtes esse κεραλοφόρους, nisi quadrupedes. fieri tamen ut serpentes quidam dicantur ἐπανάστασιν quandam habere, & cornua appellari κατὰ μεταφορὰν καὶ λόγου χάριν.

302. 3. leg. —— ἀγρώσσοντος ἀποπλαγχθέντα λυαίου (195)

ἠϊθέου χαρίεντος ὁμοιΐου ἥλικι μορφῇ
ἄμπελον ἠπεροπῆϊ τόσῳ μειλίξατο μύθῳ.

alioqui inepta erunt.

302. 25. σὸν δέμας ἀδρύπτοισιν ἑοῖς ὀνύχεσσιν ἀείρων] (196)
est hoc contra Grammaticorum sanctiones. analo-

 gia

gia enim postulat, ut ἄδρυπτος sit, qui non laceratur. at noster hoc, quod nunc ait, idē esse existimat cum illo, quod alibi dicit, φειδομένοις ὀνύχεσσιν. errat igitur vehementer. Apud Aristophanem quidem est in Avibus,

ἐάν τις ἀνθρώπων ἱερεῖον τῷ θεῷ
εὐξάμενος, εἶτα διασοφίζηται λέγων
μενετοὶ θεοί.

fateor μενετοὺς esse τοὺς ἀνεξικάκους, & in Iliade τλητὸν θυμὸν agendi notione dici τὸν ὑπομονητικόν. sed hoc causam ejus non juvat. etsi enim analogiæ maximum momentum sit, usus tamen contrà subinde obtinet. qui autem neque analogiam sequitur, neque usum, is ineptus est, & sibi, non aliis, canit.

(198) 306. 1. κατεσφήκωσε κεραίην] malè hoc de constrictione, & præter rem est. illud enim tantummodo dicit, auro eum oblevisse hujus cornua. leg. igitur,

καὶ διδύμην ἑκάτερθε καλεχρύσωσε κεραίην
χερσὶ βαθυνομέναις ξανθόχροα πηλὸν ἀφύσσων.

trahebat enim aureas arenas fluvius ille. hinc post ait,

μὴ κοτέῃς ὅτι κοῦρε τεὴν χρύσωσα κεραίην.

(200) 308. 29. mortuo puero justa facit, & de more imponit cadaveri crines. quare legend.

πλοχμὸν ἕνα τμήξας ἐπεθήκατο μάρτυρι νεκρῷ.

(201) ibid. 31. leg. ὅθεν θεὸς εἶδος ἀμείψας &c. in tota loci ratione est acumen sophisticum, & minuta observatio.

(201) 310. 18. στεφάνοις στέφος, ἢ τίνα πάλλων] non ita scripsit. leg.

ποῖον ἔχω καὶ ἐγὼ πλοκάμοις στέφος; ἢ τίνα πάλλω
ἄνθεα φωνήεντα παρήγορα παιδὸς ἀνίης;

312. 23.

312. 23. non ſatis cogitavit quid diceret. (202)

—— δεδεγμένος ἡνία ῥείης
μειλιχίων ἀδόνητος ἱμάσιες ἅρμα δρακόντων.

debebat ſcripſiſſe, —— ἅρμα λεόντων. nam & ſic ipſe alibi,& cæteri omnes.

312. 33. leg. ἄξομαι ἀστράπτουσαν ἐρυθραίων λίθον ἰνδῶν.dona, quæ allaturus eſt, numerat. vir Ill. λάζομαι.quod hic admitti non poteſt. (203)

324. 11. θυγατέρες λυκάβαντος ἀελλοπόδοιο τοκῆος] (210) eſt hæc deſperata quædam ἀγραμματικία,quam nō indicarē, niſi neceſſe eſſet. inſpexerat, opinor, alicubi ſcriptoris locum quempiam, in quo forte flexus vocis ejuſmodi erat, qualis eſt in illo Simonidæ apud Ariſtotelem,

χαίρετ' ἀελλοπόδων θύγατρες ἵππων.

ex hoc patrio caſu fecit rectum ἀελλόποδος,& porro ἀελλοπόδου,& ἀελλόποδον. hoc eum fefellit. non enim cogitavit etiam patrium illum poſſe eſſe à recto ἀελλόπους, quod & verum erat, & uſurpatum omnibus. poterat eodem errore Apollinem Delphicum ἐκ τριπόδου vaticinantem fingere. perinde enim erit, & ſimile ἰδιωτείας ſuæ argumentū dabit.

In librum duodecimum Dionyſiacorum.

330. 32. εἰσέτι ῥείης οἶστρον ἔχων]nunquam erit ut (215) credam eum hîc offendiſſe. res enim planior eſt,& notior,quàm ut ignorari poſſit.malim ſcriptū fuiſſe, καὶ νιόβη &c. & mox,

στήσεται οἰκτρὸν ἄγαλμα,καὶ ἔσσεται αὐτόθι γείτων
πυρρὸς

πυῤῥὸς ἐρωμανέων φρύγιος λίθος, εἰσέτι λητοῦς
οἶστρον ἔχων ἀθέμιστον ἀνυμφεύτων ὑμεναίων.

(217) 334. 15. ἄπνοος ἔλκων] insigniter deformatum est. lego,

ταντάλιδος στοναχῇσι διάβροχος ἄπνοος εἰκὼν
δίπλοα δάκρυα χεῦε.

(137) similis pene extat locus pag. 364. 7. dubito tamen an præferam,

——— διάβροχος ἄπνοος ἀγκών.

nam & vicinum illi est, & de saxo loquitur.

(217) 334. 22. concinnem aliter, quam vir illust.

τοῖα πόθῳ στενάχοντος ἀδακρύτου διονύσου
φρικτὰ μετετρέψαντο παλίλλυτα νήματα μοῖραι.

(218) 336. 3. ἢ ναέτης] nihil diversum voluit dicere ab his, quæ antè. lege,

ἠέ μιν ἐν θυμέλῃσιν ἀνὴρ εὔρυθμος ἀείσει
ἐνναέτης μαραθῶνος.

manifesto enim quasi digitum intendit in Dionysia Atheniensium.

(219) 336. 28. ἄκρα δ' ἐνείρων] vel cœcus hic mendum conspiciat, lego,

γαστὴρ θάμνος ἔην περιμήκετος, ἄκρα δὲ χειρῶν
ἀκρεμόνες βλάστησαν.

Ill. vir. —— ἄκρα δ' ἐθειρῶν. quod admitti poterat, nisi subjiceretur mox, βόστρυχα βότρυες ἦσαν. de manibus autem nihil, nisi hic.

(219) 338. 1. ἀμειβομένου δὲ κορύμβου] neque hoc emendatè. est enim odiosa palilogia. lege,

——— ἀμειβομένου δὲ καρήνου
γναμπτῆς κυρτὰ κόρυμβα τύπον μιμεῖτο κεραίης.

fuerat enim & ipse ex Satyris unus, quibus cornua in fronte surgunt.

(220) 338. 23. hæc aliter constituenda sunt, & emendanda

danda. lego.

——— ἡδυπότου δὲ

χείλεσιν ἀκροτάτοισιν ἐγεύσατο βάκχος ἐέρσης·
γεύσατο καὶ καρποῖο· καὶ ἀμφοτέροις φρένα τέρπων &c.

340. 12. viri summi scribebant, τεῆς κήρυκα τε- (221)
λευτῆς. sed omnia integra sunt, si paulo aliter conceperis.

χροιὴν ὑμετέρην καὶ ἐν ἔρνεσι κοῦρε φυλάσσεις·
σῶν μελέων ἀκτῖνα τεὴ κήρυξε τελευτή.
οὔπω σε προλέλοιπεν ἐρευθαλέη σέο μορφή.

342. 3. iterum est novus idiotismus Nonnicus, (222)

εἶξον ἐρισταφύλῳ κορυθαίολος· ἀμαλόεις γὰρ
σπένδει λύθρον Ἄρηϊ, καὶ ἀμπελόεις Διονύσῳ
βότρυος οἰνωθέντος ἐρευθιόωσαν ὀπώρην.

nemo tam infans & puer est, ut si civem aliquem designare velit, civicum eũ appellet. perinde enim erit ac si pro imperatore diceret imperatorium, pro paraphraste paraphrasticum. at noster his gaudere visus est. ἀμπελόεις illi est ἀμπελουργὸς, sive vinitor, & sic cætera & pag. 1158. (763)

ἔσομαι ὠκυπέδιλος ὁμήλυδος ἰοχεαίρης, hoc est, pedisequa. quod valde ineptum est. multò plura sunt de hoc genere. sed enumerare molestum sit.

342. 21. συγνὸν ἀεξομένης ἀποσείσεται ὄγκον ἀνίης] inflat animos & effert jactantia: atque etiam tumidos facit gaudium. quare ὄγκον ἀγηνορίας & γηθοσύνης bene dixit, & aptè, at luctus deprimit, & exiles facit ac humiles. & qualis igitur erit ille ἀνίας ὄγκος? potuisset longe rectius,

——— ἀποσείσεται ἄχθος ἀνίης.

apud Homerum irascitur ille, & ait,

ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ. sed aliter adfecti sunt qui dolent, quàm qui excandescunt.

344. 5.

(223) 344. 4. εἰ δὲ μεσημβρίζουσαν ἄγεις φαέθοντος ἀπειλήν] ſi, inquit, perferendus eſt ſolis æſtus, hoc tibi ſolatio ſit, quod uvarum vindemiationem præcedant Eteſiæ. toties jam puerorum antiquo ludo incluſi fuimus. neque nunc finem ſperare licet. ſenſus non ita ineptus, quàm verba. fallitur enim ferè ubique vicinitate quadam, & cognatione rerum. φέρειν & ἄγειν propemodum eadem ſunt. dixeris autem Græcè, φέρειν πόνους, δίψαν, &c. at non etiam ἄγειν πόνους &c. ſicut neque in Romanorum idiotiſmo rectum erit, ducere frigus, & æſtum: ſed ferre & tolerare. eſt is igitur unus è cincinnis Nonni ſumptus ex munditiis τῆς ἀγραμματησίας.

(225) 346. 20. ἀφρὸν ἐΰσαφύλοιο] miror qui tam manifeſtum mendum fugerit viros doctiſſimos. incurrit enim in oculos, & ſe prodit. lego,

—— μυχὸν κοιλήνατο πέτρης,
λειήνας τε μέτωπα βαθυνομένων κενεώνων
τάφρον ἐϋσαφύλοιο τύπον ποιήσατο ληνοῦ.

foſſa, inquit, pro torculari fuit.

In librum decimumtertium Dionyſiacorum.

(230) 354. 4. duces belli Indici, & auxiliares copias numeraturus. ſic infit,

—— ἀλλὰ λιγαίνων
ἡγεμόνας καὶ ὅμηρον ἀοσσητῆρα καλέσσω
εὐσεπίης ὅλον ὅρμον, ἐπεὶ πλωτῆρες ἀλῆται
πλαγκτοσύνης καλέουσιν ἀρηγόνα κυανοχαίτην.

quia leviſſima occaſione de portu aliquid dixerat,

pergit

pergit porro,& adtexit febriculosam ἔννοιαν. pertinet totus locus ad illud ἑρμηνείας vitium, quod veteribus fuit μειρακιῶδες appellatum. de quo diximus ad pag.8.14.neque nunc repetere libet. (1)

354.22. πέδον εὐγυάλῳ χθονίῃ] non longe abit ab hoc id quod reponimus; (231)

καὶ πέδον εὐρύαλον χρονίῃ πεφυλαγμένον ὀμφῇ,
ἅρματος ὀψιγόνοιο φερώνυμον ἀμφιαρέων.

certum est intelligi Harma, qui est vicus Bœotiæ. & χρονίην ὀμφὴν dixit, quia scitum vetus est,ubi per Harma fulguraverit.

354.31. γραίης θ' ἱερὸν ἄστυ,καὶ εὐρυχόρου μυκαλησσοῦ, (231)
ἐυρυάλου μίμημα φερώνυμον ἀνθερεῶνος]ad hæc investiganda viatico & face opus est.adeo in abscondito latent. videtur tamen tot ambagibus id quęsivisse,ut mysticè nobis indicaret, quod apertè alii, de Mycalessi Bœoticæ origine,& bovis mugitu,

356.17. θεηδόκον ὕδας] credo scriptum fuisse pulcra imitatione Homeri, (232)

οἵ θ' ὑρίην ἐνέμοντο θεηδόκον,ὕδαρ ἀρύρης.

358.19. ἀγειρομένοισι δὲ δελφοῖς] mutavit scriptor librarius.lego, (233)

——— ἀγειρομένοισι δὲ λαοῖς
πυθιὰς ὀμφήεσσα θεηγόρος ἔκλαγε πέτρη.

hoc aptum est & verum. convenerant enim illuc ex diversis populis militares copiæ ut sciscitarentur oracula.

362.22. καὶ πολὺς ἀγγέλλων περιλέρην αὐτόχθονα φύτλην (236)
χρύσεος ἀπλέκτῃσι κόμαις ἐσφίγγετο τέττιξ] rem vulgatam nos docet, Athenienses veteres fuisse τεττιγοφόρους. Hoc enim & Thucidides jam ante,& multi alii dixere.sed quomodo ait solutos fuisse &

fluitantes

fluitantes eorum crines? hoc falſum eſt. hærebant enim cicadæ in crinium nexu, quem Græcus interpres Thucydidis κρωβύλον in viris, in fœminis κόρυμβον, in pueris σκορπίον fuiſſe dictum ſcribit. non erat igitur cur plexos fuiſſe negaret. Cęterum congerebantur utrinque capilli in conum, ut quaſi ſtructura quædã eſſe videretur. Vetuſtiſſimis quoque Iudæis hoc idem in more poſitum fuit, qui hęc crinium plegmata ex uſu Syriaſmi dixere בניתא, quod Latinè ſonat ędificium, & ſimile eſt illi, quod Iuvenalis ait in Satyris,

——tot adhuc compagibus altum
ædificat caput.

(237) 364. 7. καληφιόωσα δεισπέλεν ἄπνοος] ſunt intricatiſſima, ex quibus ſe non potuit expedire eruditiſſimus Falkenburgus. quippe ita locum emendavit, ut & langueret vis ſententiæ, & maneret ἡ λύσις, quam merito non amavit noſter, quia magis τῇ ὑποκρίσει conveniebat. res plana erit, ubi pauca mutaverimus,

καὶ ποταμὸς πυρίκαυτος ἔην σχεδὸν, ἄγχι δὲ κούρη
οἰκτρὰ καληφιόωσα, καὶ εἰ πέλεν ἄπνοος εἰκὼν,
δόχμιον ὄμμα τίταινεν, ἅτε στενάχουσα τοκῆα
ἀσωπὸν βαρύγουνον.

etſi, inquit, non vivebat, ſed ſculpta erat, tamen videbatur etiam tunc deflere patris ſui caſum.

(237) 364. 25. θήβης] forte, —— καὶ ἐδέθλια τάρβης. is eſt enim Cretæ locus apud Ptolemæum.

(238) 366. 1. ἀλλὰ βίον προβέβουλε λιπόπτολιν &c.] eſt vitium ἑρμηνείας, quod ita familiare ei eſt, ut pene proprium ſibi fecerit. amat enim omnia δι᾽ ἀκριβείας μακρηγορεῖν, neque modum aut finem facit, ſi quid arripuit. Significare volebat Aſterium Cretenſem

tensem ducem vertiſſe patrium ſolum, & in Scythia ſedes ſuas collocaviſſe. non igitur ſatis habuit dixiſſe,

——— οὐ γὰρ ἔμελλεν ἰδεῖν μετὰ φύλοπιν ἰνδῶν
πάτριον ἰδαίης κορυθάιολον ἄντρον ἐρίπνης,
ἀλλὰ βίον προβέβουλε λιπόπτολιν, ἀντὶ δὲ δίκτης,
κνώσσιος ἐν σκυθίῃ μετανάσιος ἔσκε πολίτης.

ſed odioſa ſedulitate addit inſuper,

καὶ πολιὸν μίνωα, καὶ ἀνδρογένειαν ἐάσσας
ξεινοφόνων σοφὸς ἦλθεν ἐς ἔθνεα βάρβαρα κόλχων.

eſt idem, quod jam dixerat. & tamen neque ſic deſinere potuit. majori enim ad huc tædio illud cumulat,

——— παιδοκόμου δὲ
πάτριον ἀμνίσοιο ῥόον κρηταῖον ἐάσσας
αἰδομένοις στομάτεσσι νόθον πίε φάσιδος ὕδωρ.

diffidebat captui noſtro; neque futurum credidit ut poſteri intelligere poſſent, quid paucis vellet. quare prolixus eſſe laboravit. Antiqui inter primas dicendi virtutes ſtatuunt τὴν πιθανότητα. quam multis quidem modis obtineri ajunt, ſed præcipuè tamen, ſi quis ita dicat, ut plura relinquat, quæ tute addas. Hoc magnæ artis eſt. nam & in brevitate eſt venuſtas, & ſuo ſibi judicio gaudent alii, qui audiunt. dum enim ipſi per ſe intelligunt, & explent quod omiſſum erat, magis ſapere jam ſibi videntur, & favent dicenti, non ut auditores, ſed ut teſtes. Non animadverterunt hoc ſeveri illi Ariſtarchi, qui jam olim Homeri quoſdam errores exagitare auſi fuerũt. Inter hos Porphyrius eſt, qui cum legiſſet in Iliadis libro v.

——— ῥέε δ' ἄμβροτον αἷμα θεοῖο
ἰχὼρ, οἷός πέρ τε ῥέει μακάρεσσι θεοῖσιν·

οὐ γὰρ σῖτον ἔδουσ', οὐ πίνουσ' αἴθοπα οἶνον,

anxiè monuit addendum fuisse, ἀλλ' ἀμβροσίαν καὶ νέκταρ. id enim ni fiat, metuendũ jam esse ne etiam vermes sint in deorum numero habendi, quum & sine sanguine sint, & frumentum non edant, neque bibant vinum. sane hoc mire stultum est, & videtur philosophus ille, postquam semel scholæ suæ spatia reliquit, in alio quasi orbe pedẽ posuisse. Nos eũ hoc tanto metu liberamus. nemo enim erit, qui credet Homerum voluisse perfecta definitione docere quid dii essent. ex multis enim unã differentiam posuit: reliquas omisit, ut curiosi Grçciæ sapiẽtes semper aliquid haberent, quod suapte industria adjicere ad hæc possent. omisit, inquam, quia res manifesta erat, & simul ut esset γοργότερος ὁ λόγος. Omnino enim brevitas efficit & γοργότητα simul, & venustatẽ. Quare hac de causa magistri quoque Grçci jubent subinde δύο δι' ἑνὸς φράζειν, qui longe elegantissimus est, & gratissimus dicendi modus. Equidem ad hunc locum quod attinet, arbitror supervacanea illa recidi posse, & sufficere pauca hæc,

ἀλλὰ βίον προβέβουλεν ἀλήμονα· παιδοκόμου δὲ
πάτριον ἀμνίσοιο ῥόον κρηταῖον ἐάσσας
αἰδομένοις σομάτεσσι νέον πίε φάσιδος ὕδωρ,

non enim jam aperte dicet eum in Scythia habitasse, sed facile tamen colligetur ἐκ τοῦ παρεπομένου. in quo non vulgaris est artis vis. Aliter res habet in exili charactere. ibi enim magis decet vicina omnia, & minima excutere, neque quidquam præterire. Atq; ideo sæpe hîc ἡ διλογία, & iteratio ejusdem rei laudatur. Quod in Ctesiæ scriptis frequens fuisse veteres notant. ἐγὼ μέν σε ἐσώωσα, καὶ σὺ δ' ἐμὲ

ἐμὲ ἔσώθης· ἐγὼ δὲ διά σε ἀπωλόμην. tanto judicio eandem rem multis repetiit, ut nihil horũ ſit quod tolli poſſit, quin ſimul pereat quoque ἡ ἐνάργεια. hoc ab aliis quoque mirificè factum fuiſſe meminimus. In illo Aſclepiadæ epigrammate, quod editum nunquam fuit, aliquid divinum eſt,

νὺξ, σὲ γὰρ, οὐκ ἄλλην μαρτύρομαι, οἷον ὑβρίζει
πυθιὰς ἡ νικοῦς οὖσα φίλ' ἐξ ἀπάτης.
κληθεὶς, οὐκ ἄκλητος ἐλήλυθα.

dedita opera idem iterat, neque obtundit tamen: Quin Callimachi quoque ſingulare quoddam artificiũ apparuit in iſta tautologia, quæ eſt hymn. v.

ἵππω ἐπὶ κράνᾳ ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
λῶντο, μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία.
ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι·
πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.

nihil felicius eſt, nihil quod magis admiramur. & tamen hoc ipſum in alio quodam charactere culpandum eſſet, neque defendi à quoquam poſſet. Tanti eſt diſcernere dicendi genera, & decorem in omnibus ſervare.

370. 19. ἰταλίης τριλόφοιο] non eſt in Italia Peloris, ſed in Sicilia. lege, (241)

σικελίης τριλόφοιο πελωρίδα πέζαν ἐρίπνης.

380. 5. κέντορι θυμῷ] leg. (247)

——— ἀσίδηρος ἐμάρνατο κέντορι μύθῳ,
μύθῳ ἀκοντιστῆρι, καὶ οὐ τμηκτῆρι σιδήρῳ,

ut ſit elegantior geminatio.

ibid. 7. πειθήνιον ὑδὸν] leg. (ibid.)

γλώσσῃ ἐρητύων πλήσιον υἱὸν ἀρούρης.

erat enim Terræ & Titani filius,

ibid. 11. immane dictu eſt, quantum ſe verſavit, (ibid.) & ſollicitus fuit, ut acumina quædam confinge-

„ ret, & peregrinas ἐννοίας. Arius aliquis fuit, in-
„ quit, qui hostem suum arma moventem, & omnia
„ dira minitantem, verborum paucorum vi repres-
„ sit. ita victoriam, quam pugnando reportare non
„ potuisset, mystica quadam incantandi virtute obti-
„ nuit. Hoc ut nobis significet, operose τερατολογεῖ.

ἔγχος ἔχων στόμα θοῦρον, ἔπος ξίφος, ἀσπίδα φωνὴν,
τοῦτο θεοκλήτῳ προχέων ἔπος ἀνθερεῶνι,
στῆθι τάλαν.

Hæc verba ejus fuêrùnt, quorum vim putida nugacitate explicat,

——— φλογόεις δὲ γίγας ὑπὸ μύστιδι τέχνῃ
ἀῤῥαγέος μύθοιο σοφῷ στηρίζετο δεσμῷ
ἀνέρα δειμαίνων κεκορυθμένον ἔμφρονι λόγχῃ.

hoc est, lingua. Deinde alia quadam elegantia,

γλωσσοπέδην ἀσίδηρον ἔχων ποινήτορι μύθῳ.

mox variat idem,

γλώσσῃ ὀϊστεύοντα λάλον βέλος.

tum & multò ineptius,

——— εἶχε δὲ κάμνων
ἕλκεα φωνήεντα, πεπαρμένος ὀξέϊ μύθῳ.

deinde nova subtilitate,

καὶ πυρὸς ἕλκος ἔχων πεπορημένος ἔγχεϊ θερμῷ,
ἄλλῳ θερμοτέρῳ νοερῷ πυρὶ κάμνε.

& postremo,

οὐτηθεὶς ἀχάρακτον ἀναιμάκτῳ δέμας αἰχμῇ.

profecto non jam Arius, sed Nonnus videtur γοητεύειν, & poterat tam horribili carminis lege vel serpens in pratis rumpi.

(149) 382. 9. ἱκαστήρια] forte, ——— οἵ τε κελαινὰς
χρυσοχόρους ἐνέμοντο, καὶ ἱερὰ ῥεύματα γοργοῦς,
ut sit Tithrasus fluvius, prope quem agebant Gorgones.

384. 9.

384.9. legend. (250)

ὕπω γὰρ δυσέρωτα δολοπλόκον ἔπλεκε μολπὴν
γνωτῆς οἶστρον ἔχων ἀδιήμονος.

ita sæpe loquitur, quum designat μινυρισμὸς, & fractas querelas amantium. viri summi,

———— ἔπλεκε μομφήν.

sed non animadverterunt paulo aliter hæc à cæteris referri. noster enim non ab hac illum, sed ab illo hanc amari ait. contra alii.

In librum decimumquartum Dionysiacorum.

386.14. ἀλλὰ μετὰ βροτέων προμάχων ἡρωΐδα φύτλην, (251)
καὶ στρατιὴν ζαθέην με διδάξατε φοιβάδες ὧραι.] est insignis error. nō enim dicit, quod vult. Postquam populorum & ducum auxiliares copias recensuit, tandem etiam catalogum contexit τῶν ξυμμαχικῶν θεῶν. sed ante tamen indicat, & ait se numeraturum στρατιὴν ζαθέην, hoc est, multitudinem Deorum. Obsecro quid istuc nam est? aut quo modo credemus τὸ ζάθεον, & τὸ βρότον ubique & semper ἀντικειμένως ἔχειν? certe ζάθεοι non sunt dii, sed inter homines hi, qui ad deos ob quamcunque naturæ suæ excellentiam proximè accedunt. quare si ductum verborum sequimur (& sanè necesse est) στρατιὴ ζαθέη erit non illa deorū, sed hęc heroum & summorū ducum. vide quid possit ignoratio emēdati idiotismi. efficit enim ut diversum sit in dicente τὸ ἐνδιάθετον, & τὸ προφορικόν. ita sensum efuunt alii prodigiosum subinde, & qui planè sit

præter sensum ejus. Nemo verò rectè dixerit divinos deos. nihil quippe divinum est, nisi quod sit extra illos. nam reliqui omnes possunt horum participatione quadam divini censeri: at soli dii non possunt. Iam illud quoque nihili est, φοιβάδες ὧρ αἰγερρ Siculę. debebat locum integrũ sic scripsisse,

ἀλλὰ μετὰ βεντέων προμάχων ἡρωΐδα φύτλην,
καὶ στρατὸν ἀθανάτων μοι ἐμαὶ θεαὶ εἴπατε μοῦσαι.

sic enim distinctè, & verè.

(253) 388. 11. ——— καὶ ἀγλαὸς ἤλασεν αὔγης
υἱέες ἠελίοιο διωκομένοιο πηθύνης
χερσὶ βαρυζήλοισιν ἀρυόμενοι στυγὸς ὕδωρ
ἄσπορον εὐκάρποιο ῥόδυ πόιησαν ἀλωήν] quoties hunc locum inspicere solebam, in augustum coarctari copias meas sensi. sunt enim tam malè depravata omnia, prope ut desperaverim. nunc tamẽ conjecturæ fidere ausus sum, & singula sic constituere, ἦλθε λύκος καὶ σκέλμις &c. hi, inquit, fuerunt,

δαίμονες ἀγρονόμοι μανιώδεες, ὃς πάρος αὐτοὶ
πατρώης ἀέκοντας ἀπολμήξαντες ἀρούρης
θρίναξ σὺν μακαρῆι καὶ ἀγλαὸς ἤλασαν αὔγης
υἱέες ἠελίοιο· χολωόμενοι δ' ὁ πηθύνη
χερσὶ βαρυζήλοισιν ἀρυόμενοι στυγὸς ὕδωρ
ἄσπορον εὐκάρποιο πέδυ ποίησαν ἀλωὴν
ὕδασι ταρταρέοισι περιῤῥαίνοντες ἀρούρας.

de Telchinibus agit, qui quum essent homines invidi, & fascinatores, terram omnium matrem & nutricem Stygiis aquis perfuderunt, ut esset sterilis, & humanum genus periret.

(253) 388. 16. viri doctissimi insigne mendum hîc reliquerant, quod integrum sensum inverterat. legend.

ἴστριον εἶδος ἔχοντι φίλω συνομάρτεε χείρων.

erat

erat enim Pholus quoque Centaurorum unus, ſicut Chiron.

390.17. γλαυκιόωντι ξανθὸς ἐὼν ξανθόχροα χαίτην] (254)
nihil ſani. immutem ſic,

ξάνθῳ γλαῦκος ἴκανεν ὁμόστολος· ἀντιτύποις γὰρ
γλαῦκος ἑοῖς μελέεσσιν ὁμόχροος ἔσκε θαλάσσης
γλαυκιόων· καὶ ξάνθος ἔχων ξανθόχροα χαίτην
οὔνομα τοῖον ἔδεκτο.

Hæc germana ſunt. Cauſa autem, quam adfert, cur hi ambo ad bellum una venerint, ſophiſtica eſt & nugatoria.

392. 3. ὧν ἀπὸ φερμῶ] plane nullo ſenſu. legendum arbitror, (255)

——— ὧν ἄπο θερμὴ
πουλυγάμων σατύρων διφυὴς ἀνέτελλε γενέθλη.

ardent enim libidine, & in furias ac ignem ruunt. viri ſummi, φυρμοῦ. ſed non ita loquitur noſter. Falkenb. φερνῆς & φορμοῦ. in quo profecto nihil eſt quod probes.

394. 4. non adſequitur Homeri divinitatẽ. quod enim ille ait de portentoſo illo homine, vel hominis potius retrimento, (256)

φοξὸς ἔην κεφαλήν. &c. id noſter,
ψεδνὴ δ' ὀκριόεντι καρήατι φύετο χαίτη.

ſanè multò deterius. eſt enim φοξὸς, cujus caput in mucronem deſinit, & velut turbinatum eſt. at ὀκριόεις minimè. pertinet enim ad lapides, & ad alia, in quibus multa ſunt, quæ extant & eminent. illud eſt acutum: hoc verò aſperum. quare hallucinatus eſt.

394. 32. debuit ſcripſiſſe, (257)

——— μεσσατίῳ δὲ
στήθει δεσμὸν ἔβαλλε, καὶ ἔσκεπεν ἄντυγα μαζῶν

παρθενίῳ ζωστῆρι. καὶ διάπερ &c.

(258) 396.6. παρ' ἀχλύος ἄνθεα] non dubium eſt quin ſcripſerit,

——— δεξαμένη δὲ
θεσσαλίδος δολόεντα παρὰ γραὸς ἄνθεα γαίης p. 174
ὕπνον θελγομένων φυλάκων ἐπέχευε καρήνῳ.

nam & Theſſalæ mulieres ferè omnes veneficæ erant, & anuum ingenia maximè huc ferebantur.

(262) 402, 28. μάρτυει ταρσῷ] ex ſternutatione omen vulgo erat. nemo autem calce ſternuit, ſed naribus. quare malè ταρσῷ. reſcripſerim potius,

——— ἐπεὶ τότε μάρτυει παρμῷ
νίκης ἰνδοφόνοιο τέλος μαντεύσατο ῥείη.

(231) ſic pag. 356. 3. ——— ἐπ' ἠϊθέοιο δὲ νίκη
πατροπάτωρ δαφναῖος ἐπέπταρε μάντις Ἀπόλλων.

266) 408, 6. leg. ἐπαΐξασα τανυκνήμιδι καμήλῳ.

In librum decimumquintum Dionyſiacorum.

(ibid.) Ibid. 27. leg. ——— προχέων ποταμηΐδος ὄμβρον ἐέρσης. ſicut enim ἐέρσην appellat omnem liquorem, ita ὄμβρον quamcunque χύσιν.

(288) 428. 33. legendum, ——— καί οἱ ἐνίψαι
ἔτρεμεν ὃι στυγερὸν ἔρωτος, ἐῇ δ' ὑπεμέμφετο σιγῇ.

non enim ait eum metuiſſe, poſtquam detexerat malum ſuum, ſed nunquam detexiſſe, quia non fuit auſus.

(281) 430. 14. ἔπλεκε δάφνην] non capiebant ſententiæ elegantiam, qui hæc perverterunt. lego,

αἴθε πολὺ νίκαια πάρος πέλε· ναί κεν Ἀπόλλων

ἁβρε-

ἁβροτέρην ἐδίωκε, καὶ οὐ φυτὸν ἔπλετο δάφνη.

ibid.29. οὐ γὰρ λόγχην] nõ est hoc ex more ejus. leg. (ibid.)

κτεῖνέ με σῇ παλάμῃ, καὶ τέρπομαι· οὐ σέο λόγχην,
οὐ τρομέω φυγόδεμνε τεὸν ξίφος.

436. 29. νηϊάδες, καὶ ἁμαδρύες] nunquam hoc au- (285)
ditum est, & pugnat cum veterum scitis. consuetudo & usus postulat, ἁμαδρυάδες. quanquam aliter scripsit, opinor. leg.

χαίρετέ μοι σκοπιαί τε καὶ οὔρεα, χαίρετε πηγαί,
χαίρετε νηϊάδες, καὶ ὑμαὶ δρύες.

In librum decimumsextum Dionysiacorum.

446. 12. languet vis verborum propter levẽ mu- (291)
tationem. lege,

περθῶ νόσφι μόθοιο, καὶ ὁππότε δῆρις, ἀθήνη.

446. 19. voluit fingere indignantis ψόγον quen- (291)
dam, & acerbam λοιδορίαν ingẽti ira effusam. quod ubi fit, præcipiunt dicendi artifices inutilem esse curam illam, quæ est περὶ τὴν λειότητα καὶ ἁρμονίαν. hoc enim non est effervescentis, neque concitati, sed declamantis & ostentantis. prima ars est artem hic dissimulare. magis enim acre est, quicquid sine anxietate effunditur, & ex ipsa re natum subito apparet. Homerus quoties verbis aliquem sævientem facit, numeros frangit, & mutilat multa, ac quasi singultim loquentem inducit. talia sunt ista in Iliade.

δημοβόρος βασιλεὺς· ἐπεὶ οὐτιδανοῖσιν ἀνάσσεις·
ἦ γὰρ ἂν ἀτρείδη νῦν ὕστατα λωβήσαιο.

vehementem hanc animi esse commotionem apparet, quia neque verbis stat, neque sententiæ suus ordo. quod enim cœperat dicere, abrumpit. post transilit ad aliud. neque hoc absolvit, sed deficit eum quasi vox. deinde iterum pergit,

ἀλλ' ἐκ τοι ἐρέω, καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι.
ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, &c.

nihil potest his esse magis acre, aut fervidum. Noster in simili re quum vires suas experitur, eandem laudem nusquam assecutus est. amat enim etiam in his ubique splendidam illam compositionem, neque variat uspiam, aut à plenitudine numerorum recedit. Equidem nisi me monuisset, haut scivissem hæc esse excandescentis, & prope furentis convitia,

ἡ δὲ χολωομένη βριαρὴν ἀνενείκατο φωνὴν
παρθενικὴ στόμα λάβρον ἐπαιθύσσουσα λυαίῳ·
εἰ δύνασαι γλαυκῶπιν, ἢ ἄρτεμιν εἰς γάμον ἕλκειν,
καὶ βριαρὴν νίκαιαν ἔχεις πειθήμονα νύμφην.
εἰμὶ γὰρ ἀμφοτέραισιν ὁμόστολος· εἰ δέ σε φεύγει
ἀπροΐδης ὑμέναιος ἀπειρώδινος ἀθήνης,
καὶ νόον οὐ θέλξειας ἀπειθέος ἰοχεαίρης,
δέμνια νικαίης μὴ δίζεο.

componit singula nitidè tãquam tesserulas. etiam dialecticè argumenta format, & omnem vim explicat oratoris cujusdam. In ornamentis & conformationibus eligendis & collocandis, & comprehensione devinciendis, nihil non ad rationem & tanquam ad artem dirigit. Atqui verum illud est, quod monent Rhetores, ὅτι θυμὸς τέχνης οὐ δεῖται. abjicienda igitur hîc fuerat anxia ista sollicitudo, & quicquid ira ac fervor animis suggerere solet, exprimendum fuit. tum & negligi debuit τὸ

ἔρρυθ-

ἐρρυθμον,& contemni τὸ εὐήκοον, quibus ubivis potius,quam hic,locus est. Cætera,quæ supersunt, nõ excutimus:sed tamen huc referri debent.

448. 19. τί σπεύδεις; ἀκίχητον ἔχεις δρόμον, ὥς ποτε δάφνην (293)

λητοΐδης ἐδίωκε]est pręter usum omnem & analogiã. non enim est ἀκίχητος,qui frustra quærit(ut malè noster existimat) sed qui reperiri non potest.

456. 5. καὶ οὐ χαμέοντα διώκεις]in repetitione omnis venustas fuisset.& fortasse geminauit, (297)

κτείνεις γὰρ ποθέοντα,καὶ οὐ ποθέοντα διώκεις.

possit enim videri Theocritum imitatus esse,apud quem similia.

460. 3. legendum est, (300)

τίπτέ μοι οὐ φυγόδεμνος ὅλον δόλον ἔννεπεν ἠχώ;

460. 32. ἀγχινόοιο] eò desperationis progressa est, (301) ut vitam suspendio finire vellet.ad hoc autem non opus fuit magna industria, quia nihil facilius, quã restis reperitur. vitiosum igitur est, ἀγχινόοιο. legerim,

δίζετο δ' ἀγχονίοιο μετάρσιον ἄλκαρ ὀλέθρου

θλιβομένη σφιγκτῆρι περίπλοκον αὐχένα δεσμῷ.

ut sit leviter deflexum ab ἀγχόνη.

In librum decimum septimum Dionysiacorum.

462. 23. παιδὸς ἀμαζονίης τε δομὴν]admodum inemendatè.legerim, (302)

παιδὸς ἀμαζονίης δολίην ἄμνηστον ἐάσας

οἰνοβαρῆ φιλότητα,καὶ ὑπναλέους ὑμεναίους.

non

non enim vi, ſed dolo vitium virgini obtulerat. jam reliqua cohærent.

(303) 464. 15. λυΐδα θηρεύουσα] nihil eſt quò iſtud referas, & pendent omnia. reſcribo,

——— περισφίγξασα δὲ δειρὴν
ὕλιθε θηρεύουσα μάχης αὐτόσσυτον ἄγρην,
ἐκ πόλιος δὲ πόληα μετήϊεν.

(304) 466. 15. κραναὰς πυλεῶνας] voluit dicere λιθίνους. malè. fuerunt enim γλυπτοὶ, hoc eſt politi, ut poſt ait. atqui κραναοὶ ſunt lapides aſperi & rudes.

(307) 470. 24. οἱ μὲν ἄρ αὐλῷ] nihil de tibiis, ne per ſomnium quidem. legendum eſt,

——— οἱ μὲν ἐναύλων
ῥηξάμενοι κρηπῖδας ἐκύφισαν, οἱ δὲ κολώνης
ὑψιλενῆ πρηῶνα.

(410) 474. 22. erat capitis tegumentum ex gypſo factum, quaſi galea quædam. quare legerim,
ψευδαλέον μίμημα πλυγμένον ἠθάδι γύψῳ
ἀντίτυπον πήληκος ἀληθέος, ἔρκος ὀπωπῆς.
etiam qui orgia celebrabant, gypſo faciem illinere ſolent, unde toties dixit,

—— ἐχρίοντο παρήϊα μύστιδι γύψῳ.

(311) 476. 10. ὄργια βάκχου] eſt mendum. ait mulierem quandam, quum telo vulneraretur, veſtem collegiſſe, ut decore caderet. lege,
δεξιτερῇ ξυνάγειρεν ἑὸν φεύγοντα χιτῶνα,
γυμνὰ φυλασσομένη χιονώδεος ὄργια μηροῦ.

(311) 476. 20. magno apparatu, multiſque ineptiis & palillogiis rem non magni momenti deſcribit.

——— ὑπέροπλος ὁρόντας
θηγαλέην βρομίοιο μάτην ἤρασσε κεραίην·
οὐ γὰρ ἄναξ διόνυσος ἀδηλήτοιο καρήνου
ταυροφυῆ τύπον εἶχε σεληναίοιο μετώπου

τεμνό-

τιμνόμενον εὐπλῆγος ἀλοιητῆρι σιδήρῳ,
ὡς κερόεις ἀχελῷος ἀείδεται, οὗ ποτε κόψας
ἡρακλέης κέρας εἷλε γαμοστόλος· ἀλλὰ λυαῖος
οὐράνιον μίμημα βοώπιδος εἶχε σελήνης
δαιμονίης ἄῤῥηκτον ἔχων βλάστημα κεραίης
ἀντιβίοις ἀτίνακτον. &c.

agnoſco admirabiles idiotiſmos Nonnicos ταυροφυῆ τύπον, & ἀλοιητῆρα σίδηρον, & οὐράνιον μίμημα, quos ne omitteret, & ut ſingulos cum faſtu oſtentaret ſolicitè operam dedit. tum & pugnantia dixit, & ſtolide prolixus fuit. Sed age, experiamur an hæc & brevius à nobis dici, & elegantius poſſint. equidem ſi contendere cum auctore antiquo fas eſt, ita maluiſſem,

οὐ μὲν γὰρ τοιαῦται ἔσαν βρομίοιο κεραῖαι,
οἷαί περ βοὸς εἰσι γεωμόρου, ἢ καὶ ὁποίαις
γαυριόων ἀχελῷος ἀγάλλετο, τάς ποτε κλάσσαι
ἡρακλέης χείρεσσι φαλίζεται, ἀλλὰ σελήνης
βλάστησαν κεράτεσσι πανείκελοι, αἰὲν ἀαγεῖς,
ἀντιβίοις ἀτίνακτοι· ὁ δὲ θρασὺς &c.

paucis tam multa diximus, atque ille, imò plura: ſed ſobriè tamē, & candidè, & caſtè. quod primum eſt & præcipuum in omni re.

478. 25. γείτονα καὶ κυθένην] equidem ignoro hoc (313)
quid ſit. forte legendum,

ἠέλιε φλογεροῖο δι' ἅρματος αἰθέρα τέμνων,
γείτονα καιομένην ὑπὲρ αὔλακα φέγγος ἰάλλων,
στῆσον ἐμοὶ σέο δίφρα.

nam de India loquitur, cujus ſolum ſol quaſi urit perpetuo. poſſis &, γείτονα κυανένην &c. nam ab uſtione quoque eſt nigror.

480. 12. κεῖσο νέκυς &c.] eſt jocus amarulentus, (314)
& hoſtilis irriſio: quæ brevis eſſe debebat, & acuta,

& tota

& tota mordax. languescit enim tandem τὸ σφοδρὸν, & tollitur quicquid acre est, si prolixitas accedat. sicut & efficacius est, & magis terribile τὸ ἐν ὀλίγῳ πολὺ ἐμφαινόμενον. noster hic cum pungere & irridere vellet, ῥητορεύοντι similis factus est. Interfecerat ipse se belli dux, & mortuus in flumen provolvebatur, de quo antea bibere milites suos vetuit, & ipse, licet sitiēs, abstinuit ab ejus potu. Huic igitur insultantem facit alterum, sed, ut dixi, longis ambagibus. Equidem arbitror pauca illa potuisse sufficere.

οὐ πίες ἁβρὰ ῥέεθρα μελισαγέος ποταμοῖο.
καὶ ποταμός σε κάλυψε, καὶ ἤμβροτες ἡδέος οἴνου.
γεύεο κωκυτοῖο, καὶ, ἢν ἐθέλῃς, πίε λήθην,
ἄφρος ὄφρα λάθοιο καὶ αἱμαλέοιο κυδοιμοῦ.

sunt acerbissima, & aculeis plena, ac tanto δεινότερα, quanto breviora. Cætera, quæ male adjecit,

——— ὑμέτερον δὲ
δηϊάδην θνήσκοντα πατὴρ κρύψειεν ὑδάσπης·
ὑμέας ἀμφοτέρους, ἑκυρὸν καὶ γαμβρὸν ὀλέσσω,
ἀντὶ δορὸς φονίοιο καὶ εὐθήκτοιο μαχαίρης
σείων εὐϊα θύρσα, καὶ ἀμπελόεσσαν ἀκωκήν.
ἀλλὰ δαφοινήεντι κατακλείνω σε σιδήρῳ,

deleri omnia jure possint. nihil enim nisi inepte garrit: atque etiam postremo ait, quæ ante negaverat. tanti refert, utrum in illusionibus istis diffusum aliquid sit & exuberans, an concisum. quemadmodum neque in minitatione perinde est, hoc an illud sequaris. Nam Lacones quidē, quum tribus verbis scriberent ad Philippum, λακεδαιμόνιοι φιλίππῳ. διονύσιος ἐν κορίνθῳ, plus ei significaverūt, quam si de rerum humanarum mutatione, de deorum justa vindicta, de tyrannorum funestis casibus multa

multa futiliter eũ docuissent. Stesichori quoque dictum, quod apud Aristotelem est, vehementer perterruit Locros, ὅτι οἱ τέττιγες αὐτοῖς χαμόθεν ᾄσονται. quod fortasse contempsissent ipsi, si longam instituisset, & fanaticam orationem. est enim, inquiunt dicendi magistri, magis horribile, quicquid obscurè intelligitur. quæ causa est cur mysteriorum quoque secreta allegoriis quibusdam tegantur, tanquam nocte & tenebris.

482. 13. nulla verborum vis est. leg. (315)

——— ῥηΐτερον γὰρ

ἀσχετέων θώρηκος ὀϊστεύοντο φορῆες,

contra, inquit, quàm solet, factum est. facilius enim armati, quàm inermes lædebantur.

484. 8. περασπίζοντα] malè mutatum imperitis. (316)
lego,

ἀθρήσας δὲ τάλαντα μάχης ἑτεραλκέϊ ῥιπῇ

νίκην ἰνδοφόνοιο περιθεσπίζοντα λυαίου.

In librum decimumoctavum Dionysiacorum.

488. 17. καὶ πέλοπος πλατὺν ὦμον, ὅσον θοινήσατο δηὼ, (319)

μορφώσας ἐλέφαντι νόθῳ τεχνήμονι κόσμῳ,

ἧέα δαιτρευθέντα πάλιν ζώγρησε κρονίων] est barbarismus. qui in bello parcit captorũ vitæ, aut animo defectos recreat, is ζωγρεῖ. at iste, de quo loquitur, jam ante interfectus erat, & deorũ quadam benignitate ad vitã revocatur. igitur debuit dixisse,

ἧέα δαιτρευθέντα πάλιν ψύχωσε κρονίων.

488. 7. ἐμὸν μὴ παῖδα παρέλθῃς] nugæ. lego, (319)

περὶ

πρὸς Διὸς ἱκεσίοιο τεῦ, Διόνυσε, τοκῆος,
πρὸς σεμέλης θεόπαιδος, ἐμὸν μὴ δῶμα παρέλθῃς·
ἔκλυον ὡς ὑπέδεκτο τεὸν γενέθλιον λυκάων.
(186) antea pag. 286. 23. contra fuit peccatum.
(323) 494. 17. δίζυγι χαλκῷ] non satis emendatè. l ege,
καὶ κεφαλὴν ἑλέλιζε μετήλυδα δίζυγι παλμῷ.
(326) 498. 27. ——— ἐὸν δ' ἔνδυνε χιτῶνα,
καὶ πίθον ὑπνώοντα, μέθη δ' ὡς ἔκλυε φωνήν] est defectus unius aut plurium versuum, quos non est restituere sine ope codicum.
(327) 500. 12. fugit viros summos verborum trajectus, à quo laborat sententia.
μέμνημαί τινα μῦθον, ὃν ἡμετέρῳ γενετῆρι
Transp. πατροπάτωρ ἐμὸς εἶπεν. ἐγὼ δέ σοι αὐτὸς ἐνίψω.
ἀσσύριός ποτε βῆλος ἐμῆς πολιοῦχος ἀρούρης·
κυφίζων κρόνος ὑγρὸς &c.
planè non cohærent, neque ullum sensum eruere possis. transponam igitur quędam, & res plana erit,
μέμνημαί τινα μῦθον, ὃν ἡμετέρῳ γενετῆρι
ἀσσύριός ποτε βῆλος ἐμῆς πολιοῦχος ἀρούρης
πατροπάτωρ ἐμὸς εἶπεν, ἐγὼ δέ τοι αὐτὸς ἐνίψω.
nihil æquè manifestum est. deinde incipit narrare,
κυφίζων κρόνος &c.
(327) 500. 25. nemo dixerit integra esse,
ὠμοβόρους τε λέοντας ἐπὶ κλόνον ἰνδὸν ἱμάσσων
μὴ τρομέοις ἐλέφαντας, ἐπεὶ τεὸς &c.
nos hæc luxata juvari posse confidimus, sed, ut ante, transjectione. scripserim igitur.
μὴ τρομέοις ἐλέφαντας ἐπὶ κλόνον ἰνδὸν ἱμάσσων,
Transp. ὠμοβόρους τε λέοντας. ἐπεὶ τεὸς ὑψιμέδων Ζεὺς
κάμπτειν ὑψικάρηνον ἀπηλοίησε κεραυνῷ.
loco suo mota erant duo hemistichia. quod mirum est, & raro fieri solet.

500. 30. ἐχιδναίων ἀπὸ ταρσῶν] ſæpe obſervavimus ταρσὸν in his libris ſputium eſſe & ſuppoſititium. legendum eſt, (328)

—— ἀνεῤῥίπιζον ἐνυὼ
χείλεσιν ἑρπυστῆρες, ἐχιδναίων ἀπὸ λαιμῶν
ἰὸν ἐρευγόμενοι δολιχόσκιον.

502. 12. —— αὐχένος ὑγρῇ (328)
εἶρπε χαλαζήεντι τετυμμένος] neque ὑγρῇ rectum eſt, neque τετυμμένος. emendem,

σκορπίος αὐτοέλικτος ἐπήορος αὐχένος ἄκρου
εἶρπε χαλαζήεντι τεθηγμένος ὀξέϊ κέντρῳ.

504. 2. τὸν κρόνος ἄπλετον εἶχε] nemo hactenus cum laude hinc ſe expedivit. neque mihi verò aliquid certi ſuccurrit, aut quod ratum haberi poſtulem. quantum tamen conjectura aſſequor, videtur ſcripſiſſe, (329)

τὸν κρονίων ἀλέεινε καταιχμάζοντα κεραυνοῦ.

hoc aptum eſſe fatebitur, qui cætera inſpiciet. & fortaſſe genuinum eſt.

506. 30. caſtiganda eſt ejus imperitia, (332)

καὶ πίθον ὡς ἐνόησε καληπιόωντι προσώπῳ
πότμον ἑοῦ σταφύλοιο σοφῇ μαντεύσατο σιγῇ
αὐτόματος.

quum ædes intrabat, inquit, ex luctu domeſtico-„ rum facile per ſe divinavit obiiſſe patremfami-„ lias, etiamſi nemo hoc ei diceret. hoc eſt quod ait, „ αὐτόματος. iterum offendit in Helleniſmo. certe enim quibus nemine indicante noviſſe aliquid contingit, ii non αὐτοματίζουσι, ſed per ſe illud ſciũt. αὐτόματος enim eſt, qui nullius juſſu, ſed ſponte ad aliquid impellitur. αὐτοδίδακτος vero, quem nemo docet. illud ad voluntatem ſpectat, hoc ad intellectum. quare ſępe etiam qui ſcientię amantiſ-

ſimi ſunt, parum tamē proficiunt, quia ſtudii hanc laudem deterit culpa ingenii. neque enim ſemper promptam voluntatem indoles quoque induſtriæ comitatur.

(ibid.) ibid. 12. μαρμαρυγὴν δολόεσσαν] hoc verum eſſet, ſi fuco faciem obleviſſet. at nunc ait ſqualere eum & in luctu eſſe. quare legerim,

πῶς φορέεις τάδε πέπλα χυτῇ ῥυπόωντα κονίῃ,
μαρμαρυγὴν ψολόεσσαν ὀϊζύνουσι παρειαί.

nimitum cinere ſe conſperſerat.

In librum decimumnonum Dionyſiacorum.

(340) 520. 6. σειληνὸς δὲ νεοσπόρου νέον οἶνον] ſunt adeo diſtorta, ut vix reſtituere poſſis. conati tamen fuimus hoc modo,

δὸς χάριν ὄφρα πίοιμι παλαιγενέος χύσιν οἴνου,
σειληνῷ δὲ λίποιμι πιεῖν νέον οἶνον ὀπώρης.

illi, inquit, muſtum relinquam: mihi ſit vetus vinum bibere.

(341) 522. 10. ἦν δέ οἱ ἁρμονίη] imo dixit, opinor.

ἦν δέ οἱ ἀμβροσίη γλυκερὸν ποτόν.

promiſcuè enim iſtud veteres non magis de cibo, quam de potu. quod vulgatum eſt, neque eget exemplis.

(ibid.) 522. 1. οὐ δὲ μὲν οἶα &c.] eſt hæc Dionyſiaca ſaltatio, qua res acta quædam manuum geſticulationibus repræſentatur tanquam in ſcena. eam noſter ut exprimeret, multum ſudavit, & inepte nugatus eſt. rem enim unam & eandem variat, ſed prodigialiter,

ter, & dum ubertatem ſequitur, ſpecie recti deceptus eſt. Verùm alibi quoque hoc vitium tetigimus.

526. 27. δiά τε μορφὴν] nullum eſt veſtigium germanæ ſcriptionis. & tamen neceſſe eſt legas, (344)

——— δiά τε λοιβὴν
ἀργύρεον κρητῆρα λαβὼν ἔρριψε ῥεέθροις.

ſacra enim facit fluvio.

528. 14. σειληνὸς πάλαι ἄλλος ὑπέρβιος αὐλὸν ἀμείβων (345)
ἀυχένα γαῦρον ἄειρε]] id eſt, animos ſumpſit à cantandi peritia. Hoc ille quiſquiliarum legulus à Romuli nepotibus ſumpſit: ſed imperitè. nō enim bene advocaverat genium ſuum. quare accenſendum hoc eſt cæteris Nonniſmis: imo ponendum in fronte.

548. 31. ἢ αἱματόεντι σιδήρῳ] non eſt ſanum. reſcribo, (359)

ἢ ποσὶν, ἢ παλάμῃσιν, ἢ αἱματόεντι καρήνῳ.

nam membra hoſpitum, quos occiderat, ſuſpendebat in veſtibulo.

550. 19. turbata ſunt, & mirū in modū implexa.

ὡς δ' ὅτε τις παρὰ χεῖμα γαληνάιῃ παρὰ λόχμῃ
ἀννεφέλου φαέθοντος ἰδὼν τερψίμβροτε ποιμὴν
πανὶ δὲ κῶμον ἄγειρε.

eſt Ilias mendorum. videoq; tamen omnia nitori ſuo reſtituiſſe,

ὡς δ' ὅτε τις μετὰ χεῖμα γαληνάιῃ παρὰ λόχμῃ
ἀννεφέλου φαέθοντος ἰδὼν σέλας ἄνθορε ποιμὴν,
πανὶ δὲ κῶμον ἔγειρε, συνωρχήσαντο δὲ νύμφαι, &c.

neſcio an germana ſint: certe quidem plena ſunt & aperta. Falkenburgo aliter hoc tentatum fuit. ſed non procedebat.

562. 11. ἄναξ βακχεύετο] loquitur de paſtoribus, (368)

 qui

qui in Arabia, lego,

εἰς ἑνοπὴν ἄγραυλον ἄραψ βακχεύετο ποιμήν.

apud Homerum quidem est,

—— συβώτης ὄρχαμος ἀνδρῶν,

sed longè dispar ratio est.

(368) 562. 15. ἄτροφον ἀρσενόπαιδα] inter hæc & illa, quę sequuntur, νυμφάων παλάμῃσιν &c. est ingens hiatus. deest enim orationis ille flexus, quo rediit ad Lycurgi calamitatem memorandam. hoc ex serie, quam instituit, manifestum est.

(369) 564. 6. ἀῤῥαβίας σχεδὸν ἦλθε] etiam hîc nemo neget lacunam esse. quæ expleri potest, si hoc aut simile addideris,

καὶ τὰ μὲν ὡς ἐνόησε Διὸς δάμαρ, ὠκέϊ ταρσῷ
ἀῤῥαβίας σχεδὸν ἦλθεν, ἐνυαλίου δὲ καμόντα
ῥέα δενδρήεντος ἀνεζώγρησεν ὀλέθρου.

jam enim transit ad Lycurgi liberationem.

(370) 564. 24. μῶμον ἀναστήσειεν] jam ante diximus hoc esse vitium exilis characteris, quod ξηρότης appellatur. deinde esse quoque ineptum barbarismum. vide quæ ad pag. 44. 22.

(373) 570. 16. αἰθέρος ἀμήσαντα φυλοσπόρον ἐσμὸν ἀρότρων] sic legendum est. nam & antea quoque de eodem hoc, pag. 328. 29.

——— γέρων κεῖνος ὁππότε τέμνων
ἄρσενα πατρὸς ἄροτρα &c.

Lucretio etiam hanc corporis partem esse vomerem scimus. Sed hîc iterum Hellenismi sui fidem nobis facit. imperitè enim illud,

——— ἐσμὸν ἀρότρων, quum de solo isto sene loquitur. sicut enim μήδεα, & ἄροτρα, & genitalia, unius cujusdam peculium esse possunt, ita ἐσμὸς ἀρότρων, non nisi plurium & diversorum. Qui hoc ignorat,

ignorat, nihil nisi tiro in his est, & puer.

570. 31. σύνδρομον ἄγ' ἐρίσω] est jocus salsus, & plane festivus. nuncium ab hostibus ad se missum minis terret Indorum dux, & quia longis auribus erat, suaviter ludit hominem, (374)

οὐ μὲν ἐγὼ τελέσω σε διάκτορον· οὐ δύνασαι γὰρ
λάτρειος ἔργον ἔχειν οἰκοσόον· ἀλλά σε μακροῖς
οὔασι ῥιπίζοντα παρ' εἰλαπίνῃσιν ἐάσω.

ubi victoria, inquit, potitus fuero, ad hoc opera tua „ utilis erit, ut mensæ meæ adsistas, & auribus tuis, „ tanquã flabello, vẽtulum mihi facias, dum cœno. „ Magni stuporis, & asinitatis cujusdam indicium est, longis auribus esse, aut eas movere posse. Quod etiam Aristophanes leporum pater vidit, & paulo aliter hoc scomma torsit in Athenienses, qui ab insanis declamatoribus falli se, & circumduci patiebantur, dum omnia eorum dicta probabant, & admirabantur.

Αλ. πρῶτον μὲν ὁπότ' εἴποι τις ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ,
ὦ δῆμ', ἐραστής εἰμι σός, φιλῶ τέ σε,
καὶ κήδομαί σου, καὶ προβουλεύω μόνος·
ἀνωρτάλιζες, κἀκερουτίας. Δη. ἐγώ;
Αλ. εἶτ' ἐξαπατήσας σ', ἀντὶ τούτων ᾤχετο.
Δη. τί φῄς; τοιαυτά μ' ἔδρων, ἐγὼ δ' οὐκ ᾐσθόμην;
Αλ. τὰ δ' ὦτα γάρ σου, νὴ Δί', ἐξεπετάννυτο
ὥσπερ σκιάδιον, καὶ πάλιν ξυνήγετο.

planè acris quædam, & mordax vis est hæc. Iam in illis quoque, quæ noster ait pag. 544. 10. aliquid inest, quod vehementer pungit, (356)

——— ἐκλαδίην δὲ λαβὼν δολιχόσκιον οὐρὴν
σπληνῶν, λασίην τελέσω πλήξιππον ἱμάσθλην.

est summa quidem venustas, sed talis tamen, ut terrorem quoque animis incutiat. in quo veteres

maximum momentum posuerunt, & Homerum fuisse primum omnium observant, qui his ἀστεϊσμοῖς usus fuerit subinde πρὸς δείνωσιν. Itaque hujus proprias quasi faciunt τὰς φοβερὰς χάριτας, quia formidabilis est etiam quum ludit. Tale est illud munus immanissimi hominis,

οὖτιν ἐγὼ πύματον ἔδομαι μετὰ οἷς ἑτάροισι.

nunquam magis timeri debuit, quàm quum isto modo jocabatur. post hunc Xenophon quoque extitit, qui in hoc genere admirabilis fuit. sæpe enim feliciter ex re invenusta & odiosa τὴν χάριν assecutus est: quod non magis usitatum tunc erat, quàm si aut ex calidis frigescere, aut calefieri ex frigidis cuiquam contigisset.

(374) 572. 2. καὶ σάκεος πτυκτοῖο μέσον &c.] hæc vitium tinniunt. nam postea rectè, δίζυγι δέλτῳ. omnino scribendum est,

καὶ πίνακος πτυκτοῖο μέσον κενεῶνα χαράξας
τοῖον ἔπος ταχύμυθος ἐπέγραφε δίζυγι δέλτῳ.

ait regem ei dedisse literas, sed in tabulis exaratas. In animo habuit Homeri verba, quæ sunt Il. ζ. de Prœto,

πέμπε δέ μιν Λυκίηνδ', ἔπορεν δ' ὅγε σήματα λυγρὰ,
γράψας ἐν πίνακι πτυκτῷ θυμοφθόρα πολλά.

Cæterum ut in aliis sæpe, ita hic quoque ostendit se nullum usum habere aut comminiscendi aliquid novum, aut alios imitandi. ineptum enim est, quod ait, πίνακος κενεῶνα. erant enim tabulæ hæ planæ & æquatæ, at κενεὼν est capax côcavitas quædam, quæ in planis esse nô potest. deinde illud Homeri, θυμοφθόρα πολλὰ, quia commune & tritum videbatur, ambitiose mutavit,

δίζυγα δέλτον ἔχων ἐγκύμονα δηϊοτῆτος.

ita,

ita, dum variationis studiosissimus est, atque etiam anxius, fataliter nugatur.

574. 8. ἠελίου βαλβῖδα μεσημβρίζουσαν ὁδεύων] id est, (376)
meridionalem plagam. sed quid causæ erat, cur meridiem faceret Solis carceres? certe enim hujus curriculi initium in oriente cōstituere debuit, metam in occidente. at medium sit meridies.

In librum vigesimum secundum Dionysiacorum.

576. 19. ὑπὸ ζυγὰ] sub montium cacuminibus, (377)
inquit, quæ flumini impendebant, sederunt. sanè hoc novum est in puriore Hellenismo. non enim sicut Romani hic juga, ita Græci quoque ζυγὰ agnoscunt. sed non semel ad Latinos deflectit, & barbarus esse adfectat.

578. 17. dissoluta sunt, & pendent. neque possu- (379)
mus veram lectionem ex conjectura restituere: sed sententia tamen aliquid hujusmodi requirit,

θερσοὺς ὄρνις ἐν ἠέρι κοῦφος ὁδίτης.

582. 31. θωρηχθέντας ἁμαδρυὰς] mirè adulterinū. (382)
jussit, inquit, belli dux totum exercitum ordine discumbere, & cibum capere. legerim igitur,

——— νοερῇ δὲ κέλευε σιωπῇ
τεύχεσι θωρηχθέντας ἀνὰ στίχας εἰλαπινάζειν.

584. 6. πρεισσονόου πολαμοῖο] sæpe quædam adeo (382)
portentosa pro germanis substituerunt scriptores librarii, ut nulla manserit affinitas. ex sententiæ ductu necessariò reponendum est,

καὶ ταχινὸν μετὰ δόρπον ἐπέρρεον ἀσπιδιῶται
γείτονος ἐκ ποταμοῖο πιεῖν ἐπιδόρπιον ὕδωρ

νεύμασι θεσπεσίοισι περισσονόου Διονύσου.

(384) 586. 15. δυσπέμφελον ἄγρην] etiam hoc inusitate deformatum est. germanum erit & rectum,

ὡς δ' ὅτε τις προχέων ποταμὸς δυσπέμφελον ὕδωρ
ἄσταλος ἐκ σκοπέλοιο &c.

(ibid.) ibid. 21. ἐσύρετο γείτονι] est referendum ad eosdem auctores. potius enim scripsit noster,

——— πολλὴ δὲ πεσοῦσα
ὑψιφανὴς προθέλυμνος ἐσύρετο ῥεύματι πεύκη.

auferebat, inquit, obvia omnia vis torrentis.

(391) 596. 26. νέφος ἰνδῶν] est mendum. Cum telis hostium, inquit, premeretur media phalanx, retrocessit aliquantum. extremæ verò manserunt. ita facta est quasi curvatura quædam gibbosa, & μηνοειδής. mutem sic leviter,

μεσσατίης δὲ φάλαγγος ἀλευαμένης νέφος ἰῶν,
χῶρος ἐγυμνώθη κεραῆς ἴνδαλμα σελήνης.

(406) 620. 5. πυρσὸς ὀρόντην] falsum est, & dicendũ fuit,

ἰνδὸς θύρσος ἔπεφνε, καὶ ἔφλεγε πυρσὸς ὑδάσπην.

Hydaspes enim igni ustus est. at Orontes gladio suo se confodit, & in flumen provolutus est. quæ omnia jam antè narravit.

In librum vigesimumquintum Dionysiacorum.

(421) 642. 1. ἀλλὰ &c] iterum periclitatur ingenii sui acumen, sed nescio quo modo non benè procedit. In Iliadis libro 2. supra omnem dicendi virtutem sunt illa,

ἔνθα δ' ἔσαν στρουθοῖο νεοσσοί, νήπια τέκνα,

ὄζῳ

ὄζῳ ἐπ' ἀκροτάτῳ πετάλοις ὑποπεπτηῶτες.

atque hos quidem postea serpens,

——— ἐλεεινὰ κατήσθιε τετριγῶτας.

miserabiliter omnia, & significanter dixit. at noster, qui in imitatione omne suum studium videtur posuisse, quædam ex his secutus est, sed ineptè.

——δρακοντείοιο πεθηπότες ἄχρα γενείυ
ἰνδώης πλαλάνοιο πάλιν κλάζυσι νεοσσοί.

primo illud, πεθηπότες, quàm non aptum est? certe enim miramur ea etiam, quæ nos oblectant. at illos formido & horror ceperat. deinde malè excessum addidit divinis Homeri ἐννοίαις. nã κλάζυσι joculare est de teneris pullis. tollit enim illud, quod tantopere admirandum est,

——— νήπια τέκνα.

major enim & clarior sonitus est clangor. alter satis habuit dixisse, τετριγῶτας. at de matre aliter,

——— πτέρυγος λάζεν ἀμφιαχῦαν.

quod igitur jam sæpe antè factum diximus, etiam hic in contria dicendi vitia incurrit. illic scripsisse debuit,

——— πάλιν τρίζυσι νεοσσοί.

at hic verò,

——— δεδοικότες ἄκρα γενείυ.

aliquanto enim minus inepta jam erunt.

642. 9. ἀμφ' ἐμὲ βακχευθεῖσα περιτρέχει] in toto hoc loco duo sunt manifesta πάθυς vitia, παρένθυρσον, & ridicula φαντασία, de quibus jam satis initio diximus ad pag. 8. 11. (421)

642. 26. κρίνων ἠνορέην τεκέων διός] nusquam potuit in propria pelle quiescere. supra ineptè physici, & astrologi, & grammatici & aliorum personam sibi sumpsit. nunc ex puerorum ludo exem- (1) (422)

plum adfert cujusdam προγυμνάσματος, sive λόγου ἀντεξεταστικοῦ. toto enim hoc libro id unum egit, ut heroum quorundam virtutes inter se compararet. quod planè erat præter rem & institutum. tum & ex dignitate hujus scriptionis non fuit, quia planè scholasticum est, & puerile. solent enim hoc dicendi genere magistelli olim discipulos suos exercere, quo nihil miserius erat, nihil putidius. & tamen noster se hic jactat. Sane debebat in hoc charactere ista frigida non tetigisse: sed tamē quia sic ei visum fuit, haut nihil est consilium ejus, & tam graves causas potuisse cognoscere.

(428) ibid. 10. πότμον ἄγων ἀσίδηρον, ὅπη &c.] nescio equidem qua ambitione & molimine hæc duxit ex illis simplicissimis Theocriti, quę sunt in ἡρακλ. λεοντ.

ἄγχον δ' ἐγκρατέως στιβαρὰς σὺν χεῖρας ἐρείσας
ἐξόπιθεν.

de eodem enim, & ejusdē facto uterque loquitur.

(430) 654. 31. sunt disjectæ & turbatæ membra orationis. quæ in locum suum restituimus apta transpositione.

——— πολλάκι βάκχη
ἄσπετον εὐκεράων ἀγέλην δαιτρεύσατο ταύρων
Transp. ὑστιδανὴ θεράπαινα βοοκραίρου διονύσου.
πολλάκις οἱ κεράεσσιν ἐμάρνατο μαινόμενος βοῦς,
θηγαλέην δ' ἐπίκυρτον ἀνειρύσασα κεραίην
εἰς γόνυ ταῦρον ἔκαμψεν ἀκοντιστῆρα λεόντων.
κάλλιπε καὶ τριλόφοιο &c.

summi viri hæc quoque trajecerunt, sed nec eodē modo, neque fortasse tam commodè. necesse enim est ut in fine flexus aliquis sit, & συστροφὴ. quod nunc hoc modo, quam illo, magis fit.

660. 5.

660. 5. πλησαμένης] depravata hæc & transposita sic emendanda esse censuit incomparabilis vir, D. Heinsius. (433)

νίκης δ' ἐλπίδα πᾶσαν ἀνεῤῥίπιζον ἀῆται,
πλησαμένης ἑὰ κύκλα παλιννόστοιο σελήνης Transp.
μετρήσαντα μόθοιο τριηκοστῆς δρόμον ἠοῦς.
παπταίνων δὲ λέοντας ἀεργηλῇ παρὰ φάτνῃ
οἷα λέων βρυχᾶτο.

662. 25. ὠκεανὸν φορέοντι τί σοι ῥέξειεν ὑδάσπης; (435)
sunt argutiæ sophisticæ, & argumentum futile.

In librum vigesimum sextum Dionysiacorum.

Ibid. 17. πολλάκι δ' ἠνεμόεντος &c.] quod alibi sæpe, id hic quoque accidit. multa enim transposita sunt. nos, quod difficile erat, singula quæque suo loco reposuimus. locus integer adscribendus fuit, ut magis aperta res esset. leg. (452)

ἀλλὰ σοφοῖς στομάτεσσι μελίζεται (ὠρίων) οἷά τις ἀνὴρ
πηκτίδι νυμφοκόμῳ θαλαμηπόλον ὕμνον ἀράσσων.
κατρεὺς δ' ἐσσομένοιο προθεσπίζει χύσιν ὄμβρου
ξανθοφυὴς, λιγύφωνος· ἀπὸ βλεφάρων δέ οἱ αἴγλη Transp.
πέμπεται ἐρυθρινῇσι βολαῖς ἀντίῤῥοπος ἠοῦς.
πολλάκι δ' ἠνεμόεντος ὑπὲρ δένδροιο λιγαίνων
σύνθροος ὠρίωνος ἀνέπλεκε γείτονα μολπὴν
φοινικέαις πτερύγεσσι κεκασμένος· ἦ τάχα φαίης
μελπομένου κατρῆος ἑώϊον ὕμνον ἀκούων
ὄρθριον αἰολόδειρον ἀηδόνα κῶμον ὑφαίνειν.
κεῖθι καὶ ἐγρεμόθων μερόπων στρατὸς, & cætera, ut ordine sequuntur.

(462) 704. 12. insolenter mutatum. non enim jubet eos interfici, sed vetat, & in famulatu esse vult. deinde non satis portentosum est illud de telis. & dixerit potius.

μὴ δολιχοῖς μελεέσσιν ἐπιψαύοντας ὀλύμπου
γηγενέας κύκλωπας ὀλέσσατε.

hoc planè erit pro reliqua ejus magniloquentia. multa enim thraso ille Indus inepte effutit, & verbis pene difflat integras legiones.

(467) 712. 2. existimavit vir incomparabilis lacunam hic esse & hiatum. quod verum non est. sed quædam tamen mutanda sunt. leg.

καὶ θρασὺν ἀμπελόεντι περιπλεχθέντα κορύμβῳ
νεβρίδι χαλκοχίτωνα καλύψατε δηριαδῆα.

sumat, inquit, hunc ornatum, quem cæteri omnes, qui orgiis ministrant.

(470) 716. 2. ὁππότε σεῖν] peccatum à scriptore librario. leg.

ὁππότε πηνειοῖο φυγὰς ῥόος, ὁππότε δίρκη
μητέρα σὴν ἀπέειπεν, ὅτε δρόμον εἶχε καὶ αὐτὸς
ἀσωπὸς &c.

sic Callimachus quoque de eadẽ hac fuga quum loquitur, Peneum simul, & Dircen, & Asopũ jungit. & noster alibi non semel.

(470) 716. 4. hallucinatus est,

ἀσωπὸς βαρύδουπος ὀπίσθερον ἴχνος ἑλίσσων.

fluvii enim βαρύδουποι celeriter, & rapido cursu fluunt. at Asopus leniter & lentè. debuit dixisse βαρύγουνος. nam & postremum fuisse ait, & Callimachum sequi voluit, qui hujus tarditatis causam quoque adfert,

——— ὁ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν
ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.

nimirum

nimirum sensit divinus vir nullo impetu, neque ingenti strepitu, sed potius placido murmure eum ferri.

716. 25: σκήπτροισιν ἐρίζων] imò contra & sensit, & scripsit. leg. (471)

——— ἐμοῖς σκήπτροισιν ἀρήγων
μάρναο πτήνεσσιν.

auxilium enim ei tulerat, cum imperii res in extremum essent adductæ periculum.

In librum vigesimumoctavum Dionysiacorum.

722. 24. δηριάδην ἀπέλεθρον ἐπαΐσσοντα νοήσας] in (475) mendo sunt omnia. ait Phaleneum quendam, quũ in Deriadem impetum faceret, à Corymbaso occisum fuisse, qui caput ense ei abstulit. manifestò hoc voluit. etsi ex verbis corruptissimis quidvis aliud potius, quàm hoc, intelligitur. non potest his mederi levis mutatio. forte leg.

——— λυσσαλέον δὲ
δηΐον, οἷα ῥέεθρον, ἐπαΐσσοντα νοήσας
ἀλκήεις ἐκίχησε κορύμβασος, ἐσσυμένου δὲ
λαιμὸν ἀπηλοίησε.

certum est aut hoc, aut simile restitui debere.

724. 1. πατρώη] nescio qua fati iniquitate factum (475) sit, ut hominem plus satis per se ineptientem multo fecerit ineptiorem quorundam supinitas. certe hæc quidem distortissima erunt, nisi sic transponantur, ut nos ea exhibemus,

μηκεδανῇ κεκάλυπτο κασιγνήτοιο βοείῃ· Transp.

δαρδα-

δαρδανίης ἅτε τεῦκρον ὀϊστευτῆρα γενέθλης
εἰς σάκος ἑπταβόειον ἐδέχνυτο σύγγονος Αἴας
πατρῴῃ συνάεθλον ἀδελφεὸν ἀσπίδι κεύθων.

(477) 726. 11. non leviter peccat ignoratione Hellenismi.

——— ὁ μὲν φυγὰς ἴκελος αὔραις
εἰς στρατιὴν βρομίοιο τεθνηπότι χάζετο ταρσῷ.

scimus τεθνηπότας esse, qui rerum miraculo stupér, & admiratione defixi hærent: Noster, qui meminerat non minus pusilli animi vitium esse, omnia mirari, quàm metuere levissima, utrumque confudit. non poterat autem magis ineptè, quàm hîc. ait meticulosum quempiam fuisse, qui pugna deserta in fugam se conjecit τεθνηπότι ταρσῷ. nunquam suavior est, quam quum suas venustates expromit, quas hoc inficeto seculo nemo admittit. alibi similes sunt idiotismi.

(479) 728. 32. φυλασσομένῳ γενετῆρα] si vulgata ista sequimur, jam Indi videbuntur hanc militis imaginem servasse. quod enim dixit, ναετῆρι, quia est τῶν πρός τι, ad eam terram spectabit, in qua res gesta est, quum de alia nihil addat. at hoc falsum est: & restituerim,

——— ἦν δέ τις ἄρεος εἰκὼν
ὀψιγόνῳ ναετῆρι φυλασσομένη μαραθῶνος.

ait enim Atheniensem quendam fuisse, qui utroque brachio truncatus, pugnare tamen nondum desiit. huic igitur statuam postea Athenis erectam fuisse, ut in civium animis virtus excitaretur.

(480) 730. 21. ἐτοξεύοντο καρήνῳ] duo fulmina facit, terrenum & cœleste, ex quorum oppositione argutias quasdã jam aliquoties venatus est. quare legendũ,

γηγενέος σπινθῆρες ἐτοξεύοντο κεραυνῷ.

730.23.

730. 23. σείων θερμὰ λέπαδνα] non dubium est, quin mẽdose. Ait Indorum ferrum, & arma cessisse facibus hujus, & ignitis telis. lego, (ibid.)

ϗ μελίας νίκησε, καὶ ἄσπετα φάσγανα κύκλῳ
σείων θερμὰ βέλεμνα, ϗ αἰθαλόεσσαν ἀκωκὴν,
δαλὸν ἔχων ἅτε τόξον.

736. 15. δώδεκα &c.] non alia via magis ad κακοζηλίαν itur, quàm τῷ ὑπερβεβλημένῳ τῆς διανοίας καὶ ἀδυνάτῳ. facile enim fit, ut qui ultra fidem aliquid dicere vult, idem etiam modũ excedat. quorum ut illud licitum maximè est, ita hoc non laudi, sed vitio ducitur. noster hujus rei mensuram nullam servavit. ait ducem quendam strenuum fuisse, qui in prœlio (483)

δώδεκα φῶτας ἔπεφνε μιῆς μυκήματι φωνῆς,
λυσσαλέης προχέων ὀλεσήνορα βόμβον ἰωῆς.

sæpe laudi est mentiri & incredibilia dicere (est enim audaciore ornatu subinde decoranda res) sed tamen gratia omnis amittitur, cum tam aperte hoc fit, ut mendacio fallere velle videaris. quare omnino cogitandum hic est, quo usque id deceat extollere, quod tibi non creditur. in hoc enim maximum artis momentum, & omnis dicendi vis est. Certè nisi modulis suis & ponderibus ratio hic utitur, frequentissimè hæc res risum meretur: quem qui non captat, & tamen assequitur, ineptus est, & fatuus. De Satyrarum scriptoribus, & de Comicis aliter est habendum. hi enim & ubique cachinnos hominum captant, & omne punctum tulerunt, si bene hoc & feliciter succedit. Quare jam in Aristophanis Acharnensibus nemo hoc damnet, quod de Persarum ingluvie dicitur,

εἶτ' ἐξένιζε, παρετίθει δ' ἡμῖν ὅλυς

ἐκ κριβάνου βοῦς.
& de iisdem hoc quoque joculare est, ὅτι πεδία ἐξέχεζον ὅλα. enimvero licuit hic modum naturalem augendi res vel minuendi excedere, quia omnis ridicula dicendi ratio in eo est, ut portentosè, & longè aliter, quàm est rectum verumque, dicatur. est autem totum hoc genus ἀδυνάτῳ simile, & ideo maxime est frivolum. quare qui hic excitatur risus, vilis est & scenicus, à quo in augusto illo charactere omnino cavendum est. alioqui non jam ἐποποιΐα amplius, sed comœdia fit, quæ vere est imitatio eorum, quæ deteriora sunt, quæque turpia. cæterum partem turpitudinis aliquam Aristoteles facit τὸ γελοῖον, siquidem hoc est quasi, inquit, ἁμάρτημά τι, καὶ αἶσχος ἀνώδυνον, καὶ οὐ φθαρτικόν. Quemadmodum igitur in illa venustas subinde, sive τὸ εὔχαρι quæritur, ita in hac ubique fermè, & semper id, quod ridiculum est. quæ profectò multum diversa sunt, & operosè distinguuntur à Græcis dicendi magistris. Nobis has differentias persequi nō est propositum, & satis sit dicere, peccasse nostrum, dum à vero ita recessit, ut & fidem amiserit, & in re seria risum Comicum excitaverit mentiendi frigiditate. Adeo non sine magno periculo plus, quàm in re sit, designatur. nisi enim prudēter hoc & magno judicio fiat, continuo contingit tolli vim omnem augendi, & laxari hæc omnia, quia nimis intenduntur. cui quidem malo tunc insigne remedium adferri docent veteres, quum ὑπὸ ἐκπαθείας τὰ τοιαῦτα μεγέθει τινὶ συνεκφωνῶνται περιστάσεως. animus enim pòstquam semel adfectibus concitatus est, plane sicut de forma amantes, ita de vero judicare non potest, neque mēdaciis attendit, quia

æstu

æstu fertur,& velut rapido flumini obsequitur. Fidem igitur hic facere debuit ἢ τοῦ πάθους ὑπεροχὴν, καὶ περίστασις. quod dum malè negligit noster, nihil aliud consequitur, quàm ut ludibrium debeat.

In librum vigesimum nonum Dionysiacorum.

746.26. summis viris hic placuit transponere quędam, quæ loco suo mota credebant. quod necesse (491)
non erat. sunt enim rectè omnia, & ordine posita, sed tamen paulo aliter concipienda.

ἰλήκοι κλυτότοξος· ἀρισταίοιο πεσόντος
ποῖον ἐμοί ποτε πένθος, ἐϋρραθάμιγγος ὀπώρης
κρείσσονα κικλήσκοντος ἐῆς ὠδῖνα μελίσσης;

cur, inquit, ejus mortem lugeam, qui superbè artem suam meis inventis prætulit?

748. 17. ἀλλὰ τεῷ ποθέοντι &c.] neque hic hia- (491)
tus est, etsi sic opinati sunt incomp. viri. plena enim erunt, & integra, si præcedentia illa leviter immutes,

ἰλήκοις κυθέρεια μετὰ θεὸν σὺν &c. (492)

750. 4. τροχοειδέϊ ταρσῷ] forte leg.

κυκλώσας ταλάροισι τύπῳ τροχοειδέϊ τυροῦ.

liquefacto coagulo, inquit, durabatur lac, ut caseus postea premeretur.

ibid. 26. ὡς νόμιος] est in toto hoc loco περιεργία (493)
sophistica, & mera puerilitas, de qua diximus ad pag. 8. 14. (1)

752. 18. nullo negotio omnia hæc restitui pos- (494)
sunt. leg.

χειρὶ δὲ λήμνιον ἔγχος, ὅπερ κάμε πάτριος ἄκμων,
δεξιτερῇ κύφιζον, ἐπ' εὐφυέεσσι δὲ μηροῖς
φάσγανον ἠώρητο σελασφόρον.

his ita positis trajectio verborum, quam summi viri indicarunt, ingeniosa magis, quàm vera videbitur.

(499) 760. 4. specimen industriæ suæ egregium dedit in superioribus: neque abludit hoc ab illis, quod nunc protulit.

——— ἐπήλυθεν ἕσπερος ἀστὴρ
λύων ἰνδοφόνοιο θεμείλια δηϊοτῆτος.

ex solo hoc joculari errore satis apertum esse poterat, quali fuerit ingenio. non fuit bellum tunc finitum, sed nox tantummodò pugnam diremit. neque aliud quippiam est, quod dicere voluit. imperitè igitur & ineptè θεμείλια δηϊοτῆτος. nam postero die rursus prœlium redintegrandum erat.

(504) 766. 26. nihil certius, neque manifestius est, quàm hæc à scriptoribus librariis esse transfecta. duos enim tantum filios illa habuit, & ambos deflevit occisos. quale igitur hoc erit, aut qua mente dicet,

——— ὄφρά κε μήτηρ
γνωτοῦ κεκλιμένοιο πεδασπιστῆρα καβείρου
δίζυγα δακρύσειεν ὀλωλότα τέκνα καβειρώ.

nimis portentosum esset, & nunquam auditum. sed non ita scripsit, scio. & omnino opus est hujusmodi transpositione.

καί μιν ὀπιπεύων κυκλούμενον ἴδμονι ταρσῷ
Transp. γνωτοῦ κεκλιμένοιο πεδασπιστῆρα καβείρου
ἰσοφυὴς τυφῶνι πέλωρ βακχεύετο μορρεὺς
γναθμοῖς διχθαδίοις κεκορυθμένος, ὄφρά κε μήτηρ
δίζυγα δακρύσειεν ὀλωλότα τέκνα καβειρὼ
εἰς μίαν ἠριγένειαν ἑνὶ δμηθέντα σιδήρῳ.

sententia

ſententia in aperto eſt. duo Caberi, inquit, erant „
ex eadem matre. horum alterum quum interfeciſ- „
ſet Morreus, alter fratris ſui cadaver protexit. „
quod quum videret ille, hunc quoque, qui ſuper- „
erat, adortus eſt, ut uno die utrumque filium luge- „
ret mater. „

772. 26. leg. (508)

τοῖον ἔπος μόγις εἶπε, καὶ οὐκ ἔτι πείθετο φωνῇ.

ægrè, inquit, hæc dixit, & cum plura addere vellet, „
vox eum deſtituit. levis quidem mutatio eſt, ſed „
quæ efficit, ut nullus jam hiatus eſſe amplius videatur: quod tamen exiſtimarunt viri ſummi.

774. 30. κισσὸν ἀεϱλάζουσα, τὸν ἀϱγολὶς ἔσυϛε δαίμων, (509)

ὅσσον ἐρευθιόωσαν ἐθήμονα φίλατο ῥείη.

hoc ulcus cæteri omnes reliquerunt intactum, & nunc ſanandum eſt. Quam arborem Græci ſomniant aureos fructus tuliſſe, quum Iuno nuberet, ea fuit ῥοὰ, ſive malus punica. quare non levis cauſa fuit, cur hanc præ cæteris amaret illa diva. legendum manifeſto eſt,

——— τὸν ἀϱγολὶς ἔσυγε δαίμων

ὅσσον ἐρευθιόωσαν ἐθήμονα φίλατο ῥοιήν.

quantum, inquit, poma granata amavit, tantum odit hederam.

788. 30. lege, (519)

——— ὑπὸ φωλάδα πέζαν &c.

ne ſit neceſſe cũ incõp. viris lacunã hic cõſtituere.

794. 22. ὠκεανὸς κελάδων &c.] nimis temerè & præter expectationem abrumpit longam orationem, (522)
cujus tam ambitioſus fuerat apparatus, tantæ ambages & periodi. nihil erat quod eum turbaret: & tamen ita ſubito deſinit, ut eum attonuiſſe numen aliquod videatur.

In librum trigesimum secundum Dionysiacorum.

527 802. 3. γαῖαν ὅλην ἐμέθυσε μύρου δολιχόσκιος ὀδμή] Magnæ molis erat, & multi laboris, Dionysiaca condere. quotidie enim novis curis animus intendendus fuit, neque unquam otioso aut libero esse licuit. quò nos æquiores esse decet, & minus indignari, si ardore quodã aut ἀπειροσεξίᾳ in errores multos inciderit, qui omnium hominũ, quotquot sunt, occupatissimus erat. Sanè quidẽ, quum hæc scriberet, omnino videtur aut novas ampullas finxisse, aut peregrinas quasdam quæsivisse ἐννοίας, aut denique curribus induisse ocreas, ut rectè & ordine ad prœlium procederent

——ἐϋκνήμιδες ἀπῆναι.

non igitur vacavit ei cogitare, odorem nihil esse aliud, quàm tenuem ἀτμὸν, καὶ ἀπόρροιάν τινα, ut Aristoteles & alii sentiunt. quare nullam posse ejus umbram animo & cogitatione fingi. satis habuit mira simplicitate ab Homero istud sumpsisse, apud quem longiores hastas sciebat esse δολιχοσκίους. de cæteris secutus fuisse videtur. nam si leviter attendisset, quî poterat rem tam familiarem, tam vulgatam nescire? non est umbra nisi illius rei, quæ conspici potest. at odorem qui conspicere, aut cõprehendere manibus velit, frustrà operam, opinor, sumat, & sibi ipse illudat. Qui Satyras scripsere aut comœdias, non semel ab hac re risum captabant. Hinc in Euripidis Cyclope, qui totus est quasi Satyra quædam, lepidissimus est jocus. de vino enim

aic

ait Silenus, homo rudis,

—— παπαιὰξ, ὡς καλὴν ὀσμὴν ἔχει.

ὀδ. εἶδες γὰρ αὐτήν. σιλ. οὐ μὰ δί', ἀλλ' ὀσφραίνομαι.

ludit senem Vlysses, & ut solet, argutatur. Multò festivius est, quod in Plauti Pseudolo coquus ille, tanquam errore quodam ait. Act. III. Scen. Fotum coquinum qui vocant, &c.

Co. *Vbi omnes patinæ fervent, omnes aperio,*
Is odor demissis pedibus in cœlum volat.
Eum in odorem cœnat Iupiter cotidie.
Ba. *Odor demissis pedibus? Co. Peccavi insciens.*
Ba. *Quid est? Co. Quia enim demissis manibus*
volui dicere.

fecit coquum Comicus simul & vitiosa locutione; & rei notissimę ignorantia peccantem, ut venustus esset, & facetus. Quæ igitur vel in scena quoque traducitur imperitorum inscitia, eam in Nonno vix est ut culpem. incogitantia potius, aut fervor, aut denique quidvis aliud in causa fuerit.

818. 13. nihil necesse est cum illustri viro quædam hîc trajicere. (538)

820. 13. eruditissimus vir laboravit ut neque authoris hujus ἀγραμματησία hîc, neque τῶν κώλων λύσις appareret. sed dum hoc fugit, in illud incurrit. poterat tamen facile utrumque vitari. legerim, (539)

καὶ χλόος εὐκύκλοιο παρειῆς ἄνθος ἀμείψας
μαρμαρυγὴν στίλβουσαν ἀπημάλδυνε προσώπου.

pallor, inquit, faciem ejus verterat, & perierat formæ decor.

838. 27. πόντος ἔστικτε] falsum est, & à mente ejus alienum. leg. (551)

ἣν ποτε πόντος ἔδεκτο, καὶ ἔμπαλιν ὤπασε γαίῃ.

antea in mari delituit. post terræ reddita est.

egressus sit, postquam non repererat, quam quærebat.

In librum trigesimum quintum Dionysiacorum.

866. 9. infeliciter venditat acumen suum. fuit, inquit, ex ducibus aliquis, qui sensit νεκρὸν πόθον ἄπνοον, hoc est, cadaveris amore insaniit. miseret me infantiæ. non enim sonant verba hoc, quod in mente habuit. si argutandum fuit, oportuit dixisse, (569)

καὶ νέκυος πόθον εἶχεν ὁ ἔμπνοος.

& paulo pòst quoque rectius fuisset,

ἀπνόου ὅιστρος ἔχει μετὸν ἔμπνοον.

mirum verò, si aliquid in hac arte à nobis discere debuit, cujus & magister ipse erat, & institor.

868. 15. sunt hiulca, neque cohærent: sed tamen arbitror transpositione restitui omnia posse. legerim enim, (571)

ποῖον ἔχω μάγον ὕμνον, ἢ ἀστερόεσσαν ἀοιδὴν,
ὄφρα θεοκλήτῳ περχνέων ἔπος ἀνθερεῶνι
ὑπταμένου τεὸν αἷμα καλευνήσω λενεῶνος.
ἤθελον ἐγγὺς ἔχειν &c.

Transp.

874. 28. insultat homini bellicis laudibus claro, qui cætera invictus, amori tamen succubuit. spurcissimum est illud, (575)

οὐ τόσον αἰχμάζεις ὅσον ἄρες.

scio primitus scriptum fuisse eleganti venustate,

οὐ τόσον αἰχμάζεις, ὅσον ὀφρύες, οὐ τόσον αἰχμαὶ
ἀνέρας οὐτάζουσιν, ὅσον βάλλουσιν ὀπωπαί.

non tela tua, inquit, tam certò lædunt, quã puellarum oculi. multus in his esse solet, & perpetuus.

In librum trigesimum sextum Dionysiacorum.

(585) 888. 26. egregie decepit eum Hellenismus suus. Ait duos fuisse immortalium exercitus, quorum ille quidem Indis, hic verò Dionysio suppetias veniebat. in utroque multi, imò innumeri fuêre. noster, quod antea dixit, insciens jam negat. quasi enim non plures dii, quam duo, adversas partes secuti fuissent, imperitè addit,

— πολέμου διδυμόκλυπος ἔβρεμεν ἠχὼ
ἀμφοτέροις μακάρεσσιν,

puerile est. voluit dicere, ἑκατέρῳ θεῶν πλήθει. certe ubique in hoc genere ratio & usus duo quædam spectare solet, quæ natura sua unum quid & totum bis constituunt. etsi tamen sæpe ejusmodi quoque hæc sint, ut eorum ambitus plura & infinita complectatur.

(594) 904. 10. iterum tironem in Hellenismo profitetur. mulieres Lydias ait tam strenuè in prœlio rem gessisse, ut altera Amazonum gens esse videretur.

— ἀνδροφόνους γὰρ
ἀλλοίας Διόνυσος ἀμαζόνας εἰς μόθον ἕλκει.

dicendum fuit, ἄλλας aut ἑτέρας. quod si ignavæ fuissent, & minus bellicosæ, quàm Amazones, rectè ἀλλοίας addidisset. Sed nimis immoramur his confutandis. & metus est ne, quod in aliis culpamus, id nobis objiciatur.

(603) 916, 19. ἀνύσσω] leg.

— ἕνα μοῦνον ἐρύσσω
θηλυμανῆ Διόνυσον ὀπάονα δηριαδῆος.

ridi-

ridiculum enim ſit, & meræ infantiæ, ἀνύειν δῦλον, cum cæteri omnes rectè τελέσαι, ex uſu hujus idiotiſmi.

ibid. 29. ἄϊδι γείτων] leg. (ibid.)

ἦν δέ τις εἰρήνη μινυώριος ἄρεϊ γείτων.

non erant enim niſi trium dierum induciæ. mox rurſus pugnatum eſt.

In librum trigeſimum ſeptimum Dionyſiacorum.

918. 26. miro apparatu nugatur de lignatore, (604) quem procul vidit aliquis de monte deſcendentem per viarum anfractus,

——— ἦν δὲ νοῆσαι

ὑψιφανῆ περιβλῆτα κατήλυδα λοξὸν ὁδίτην.

nimia eſt hæc ſedulitas, & inepta molitio.

936. 4. καὶ νύ κε σειομένων τροχαλῇ στροφάλιγγι γενείων, (615) ἀλλὰ παρατρέψας ἀνεσείρασε] locus eſt admodum obſcurus, & in quo viri ſummi lacunam eſſe putaverunt. ego, quod adferam, ratum haberi non poſtulo. nam in tam inſigni mendo quis conjecturis ſuis fidat? videant tamen eruditi lectores, an nō ſic emendanda ſint & tranſponenda ſingula,

καὶ νύ κε σειομένων τροχαλῇ στροφάλιγγι γενείων Tranſp.
ἀφειδὼν στάδος ἵππος ἀπέπτυεν ἄκρα χαλινοῦ,
ἀλλὰ παρατρέψας ἀνεσείρασε δίφρον ἐρεχθεύς,
ἡνία δ' εὐποίητα καλέσπασεν ἅρπαγι παλμῷ
ἀγχιφανὴς κατὰ βαιὸν ἐπισφίγγων γένυν ἵππων.
καὶ πάλιν ἐγγὺς ἔλασσε &c.

942. 29. extruſit hoc nimis properanter (620)

τοῖον ἀπεῤῥοίβδησεν ἀγήνορα μῦθον ἀχάτης
χερσαμέων, νέμεσις δὲ τόσην ἐφθέγξατο φωνήν.

dicendum fuit, ἐγράψατο. nam & à Callimacho ſumpſit hæc, & noti ſunt Adraſteæ libri.

(624) 948. 19. valde errat qui hæc mendo putat vacare. ſunt enim confuſa & intricata. non dubito quin duo hemiſtichia ab oſcitantibus tranſpoſita ſint, quæ ſic reſtituo.

Tranſp.

ἀιεὶ δ' ἀντιπάλοιο φυλάσσετο δύσμαχον ὁρμὴν
μή ποτέ μιν πλήξειε καὶ ὀφρύος ἄκρον ἀράξας,
ἠέ μιν αἱμάξειε τετυμμένον, ἠὲ μετώπου
ἄκρα διατμήξειε κατὰ κροτάφοιο τυχήσας.

non optima hæc ſunt, neque ego ut rectum cenſeo: verũ meliora ſunt, quam quę deterrima. quid enim agas? ita ingenium eſt hujus, ut eadem ſæpe ad nauſeam repetere amet.

(625) 950. 5. ——— ἐπὶ θρωσμῷ δὲ πρόσωπα
εὐρυλέος γεγαῶτος ἐκυμαίνοντο παρειαί] licenter laſcivit. ſunt enim θρωσμοὶ nõ in facie, ſed in campis, & in fluminibus. In cæteris ambitio imitandi Theocritum apparet, ſed miſera, & inepta.

ὀξυτέρῃ στροφάλιγγι μετάρσιον ἴχνος ἀείρων
ἄμφω γναθμὼ ἔτυψεν ὑπ' οὔασιν.

non ſunt comparanda cum divina ſimplicitate Siculi,

ἀιεὶ δ' ὀξυτέρῳ πιτύλῳ δαλεῖτο πρόσωπον.

in illis verò,

——— ἐρείσατο νῶτα κονίῃ
θυμολιπὴς μεθύοντι πανείκελος,

malè confudit, quę prudenter diſtinxerat alter. primò quippe illud dixerat,

ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων.

ebrio enim ſimilis erat, non quia jam jacebat in

terra,

terra, quod noster ait, sed quia pugnis depexus titubavit, & stare nesciit. at deinde cum jam victus erat, rectè addit,

——— πᾶς δ' ἐπὶ γαίῃ
κεῖτ' ἀλλοφρονέων, καὶ ἀνέσχεθε νίκῳ ἀπαυδῶν
ἀμφοτέρας ἅμα χεῖρας.

quæ profectò haud paulo præstantiora sunt.

952. 2. ἀμφίδρομος ἀνὴρ] duo, inquit, sic luctabantur ut modo ille hunc, modò hic illum de terra levaret. ausim reponere, (626)

——— ἦεν δ' ἀμφίῤῥοπος ἀνήρ.

nam postea addit,

——— ἑτερόζυγι παλμῷ
ἕλκων ἑλκόμενός τε.

certè in hoc certamine non curritur, sed vestigium uterque premit, & alter alterum supplantat.

952. 10. αὐχμηρῇ ψαμάθῳ &c.] non ante pulvere conspersit adversarii corpus, quàm in terram dejectus esset. at nunc uterque adhuc in gradu consistit. quare non pertinent huc quatuor isti versus, qui sunt inter illum, cujus initium est, θλιβομένων &c. & hunc, qui incipit, ἀμφοτέρων &c. trajiciendi igitur sunt, & reponēdi pag. 954. inter duos istos, ταρσῷ &c. &, καὶ τρηχὺς &c. (626) (627)

ταρσῷ ταρσὸν ἔρειδε περὶ σφυρὸν ἄκρον ἑλίξας;
μυδαλέῳ δ' ἱδρῶτι χυτὴν ἔῤῥαινε κονίην Transp.
αὐχμηρῇ ψαμάθῳ διερὴν ῥαθάμιγγα καθαίρων,
μὴ διολισθήσειε περίπλοκος ἅμματι χειρῶν
θερμὴν τριβομένοιο κατ' αὐχένος ἰκμάδα πέμπων.
καὶ τρηχὺς ἀντίβιος τετανυσμένος ὑψόθι νώτων
χεῖρας ἐὰς &c.

960. 33. ἴσῳ] legend. (632)

καὶ σκοπὸν ἰθυκέλευθον ἄγων ἀντώπιον ἴσῳ.

est genus

est genus loquendi è medio, atque ex consuetudine vulgi petitum. nam potius dicendum erat, τὸν ὀϊστὸν ἄγων ἐναντίον τοῦ σκοποῦ. Sed sæpe fit, ut vel malo more quodam, vel elegãtiæ & joci causa hæc

In Equitibus. sic invertantur. tale illud est Aristophanis,

τὰ μὲν ἄλλα μ' ἤρεσας λέγων, ἓν δ' οὐ προσίεμαί με
τῶν πραγμάτων, ὅτιὴ μόνος τὸν ζωμὸν ἐκροφήσεις.

una est res, inquit, quam non admitto, neque probo. contra dixit, quam oportuit. debebat enim, ἓν δ' οὐ προσίεμαι τῶν πραγμάτων.

(650) 988. 17. Hesperum & Phosphorum ait esse Mercurii stellam. quod neque verum est ex cæterorum mente, & ipse negavit alibi. sed de hoc errore diximus ad pag. 182. 11.
(116)

In librum trigesimum nonum Dionysiacorum.

(662) 1006. 20. ἀυχένα λάβρον ἔχουσα] ineptissimè hoc. non enim terribili, neque sævo vultu fuit, sed lætis cogitationibus animum erexit, & lætitia exultabat, ac gaudio triumphare cœpit. igitur γαῦρον præstitisset dixisse, aut aliud quidvis.

(666 1012. 3. εἰς ῥαχίην &c.] offendit in arte dicendi, cujus non admodum se peritum fuisse jam sæpe antea probavit. Aristoteles ait τὴν ἐνέργειαν esse quãdam μίμησιν, quam optimè assequi possis τῷ τὰ ἄψυχα, ἔμψυχα λέγειν. cæteris quoque idem placitum fuit, qui in hoc magnum momentum posuerunt. quare jam in omnium admiratione sunt ista Homeri,

δάπε-

δάπεδόν δε κυλίνδετο λᾶας ἀναιδὴς. &,

αἰχμὴ δ' ςέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα.

pleniſſima ſunt ſingularis cujuſdam ἐνεργείας, & vitam ac animam ipſam rebus addunt τὸ ἀναισχυντεῖν, & μαιμᾶν. Hæc noſter quoque imitatus fuit, ſed ea dexteritate, quæ ipſi propria eſt.

δηριάδης δόρυ πέμπεν, ἀποπλαγχθεῖσα δὲ βάκχου

εἰς ῥαχίην δελφῖνος ἐπόρνυτο λοίγιος αἰχμή.

nimirum quia inter cætera, quæ ab Ariſtotele hîc adferuntur, illud legerat, ὅτι ἐν πᾶσι τὸ ἐνέργειαν ποιεῖν, εὐδοκιμεῖ, ſatis eſſe credidit, ſi hoc quacunque via ſequeretur. reliqua, quæ ibidem ſubjicit divinus vir περὶ τοῦ κατ' ἀναλογίαν, aut non vidit, aut neglexit. adeo enim inſolenter hic modum omnem excedit, ut neque proportio ulla ſuperſit, neque convenientia. certe quidem, qui cum ratione & cura ſatagunt, & operoſe ſeduli ſunt, eos ego ποιπνύειν dixerim. nullus impetus hic eſt, nulla celeritas. quare omnino huc non pertinet.

1012. 9. ſi leviter hæc concinnes, nullus eſſe hiatus videbitur, etſi tamen ſic ſenſit vir ſummus, (666)

καὶ ςεροπῆς προμάχιζεν. ἀερσιπόδης δ' ἀλιμήδης &c.

ibid. 16. καὶ ςόλος ἀμφοτέρων] unius verſus tranſpoſitio ſenſum omnem & elegātiam ſuſtulit. eum ſuo loco reponam. (ibid.)

καί τις ἀκοντισθεῖσα δι' ὁλκάδος ὁλκάδι γείτων

ἀμφοτέρας ἔζευξεν ἁλίδρομος ἔγχεος αἰχμὴ

νῆας ἐπισφίγξασα δύο ξυνήονι δεσμῷ.

καὶ ςόλος ἀμφοτέρων τετράζυγον εἶχεν ἐνυὼ Transp.

ςεινομένων νεφεληδὸν· ἔην δ' ἑτερόκτυπος ἠχώ.

ὧν ὁ μὲν ἀντιπέροιο &c.

In

In librum quadragesimum Dionysiacorum.

(672) 1022.5. Tam longæ fabulæ, quam in toto hoc opere, tanquam in theatro egit, valde dissimilis est catastrophe. nemo satis mirari possit unde hoc frigus derepente sit, & languor & supinitas. Postquã Indorum rex cæsus est, finitur diuturnũ illud bellum. noster, qui omnia minima longis ambagibus antea persecutus est, sane debuit in hoc, quod fere præcipuum erat, aliquantisper immorari. at nũc in transcursu, & quasi aliud agens, primò de cæde hujus, deinde de belli fine leviter ait,

δαίμων δ' ἀμπελόεις ταμεσίχροα θύρσον ἰάλλων
ἀκρόλαλον χρόα μοῦνον ἐπέγραφε δηριαδῆος.
αὐτὰρ ὁ κισσήεντι τυπεὶς φθισήνορι θαλλῷ
πατρῴῳ προκάρηνος ἐπωλίσθησε ῥεέθρῳ.

& versu interjecto,

—— χρονίην δὲ θεοὶ μετὰ φύλοπιν ἰνδῶν
σὺν διῒ παμμεδέοντι. πάλιν νόστησαν ὀλύμπῳ.

non convenit ista clausula huic dramati, cujus protasis fuerat operosa quædam molitio, epitasis excursiones fanaticæ, & corybantiasmi. Enimvero deferbuit in fine fervor ille, remisitque æstus, & post tot bacchationes tantillum excitari non potuit, ut aut τὸ ὕψος in re maxima ostenderet, aut τὸ πάθος in atrocissima.

(673) 1022.25. κλαῖεν ἐπ' ἀμφοτέροισι, καὶ ἀνέρι καὶ παρακοίτῃ] non scripsit quæ cogitabat. debuit enim dixisse,

——— καὶ ἀνέρι καὶ γενέτῃ.

nam & mariti sui mortem lugebat, & patris. nimia

mia fuit hæc præcipitantia.

1030. 18. κέινάμενος μωλαῖον] valde velim ſcire (678)
quid ſit iſtud μωλαῖον. ignoro enim quid hoc monſtri ſit. equidem arbitror ſcribendum,

> ὤπασε λυσομένοισι θευδέα κόιρανον ἰνδοῖς
> κιρνάμενος μέθυ λαρὸν.

manifeſtò ſecutus eſt Homerum, apud quem ſimiliter Priamo, quum filii cadaver redimeret, poculum vini plenum propinatur.

1038. 19. ἀςροχίτων ἥρακλες ἄναξ πυρός] Hercules (683)
Tyriis idem fuit qui ſol. huc reſpexit noſter. Macrobius multa de hac re, quæ referre longum eſſet.

1050. 6. ἐξ ἁλὸς ἆιμα φέρυσα, καὶ ὐκ ὀλίγης ἀφροδίτης (691)
ἱμείρει γαλάτεια μελιζομένυ ποταμοῖο] male mutarunt homines imperiti quæ non intelligebant. ſuppoſita enim ab illis ſunt, ἀφροδίτης, & ποταμοῖο. quibus locus hîc nõ erat. potius enim ſic ſcriptum olim fuit,

> ——— τοσσατίης δὲ
> ἐξ ἁλὸς ἆιμα φέρυσα, καὶ ὐκ ὀλίγης ἀπὸ χρήνης,
> ἱμείρει γαλάτεια μελιζομένυ πολυφήμυ.

eſt inventio ſophiſtica quidem, ſed venuſta tamen & argũta. vis argumenti eſt in oppoſitione fontis, & maris. diluit enim frivolam rationem, quam adferre poterat fontis alumna virgo de aquæ & ignis contraria natura, ut amore ſe poſſe accendi negaret. Si enim Galatea, inquit, quæ ex mari nata eſt, »
amoris flammas fugere non potuit, quo modo tu, »
quæ fonti ortum debes? »

In librum quadragesimum primum Dionysiacorum.

(697) 1058.20. καὶ ϐερόης ἐπέϐη, νεπόδων δ' ἐπίβαθρα θραίνης &c.] valde obscura sunt. nam cui rei accommodes istud νεπόδων, aut quo referas? lege mecum,

πόσσιν ἀμοιβαίοισιν ὀπίστερον ὤθεεν ὕδωρ,
καὶ βερόης ἐπέβαινε, ποδῶν δ' ἐπίβαθρα θραίνης
ἐξ ἁλὸς ἐρχομένης ναέτης ἐψεύσατο κύπρις.

„ hoc vult, Cyprios falsò sibi vendicare Venerem
„ ἀναδυομένην. non enim Cyprus, inquit, sed Beroe
„ prima illam vidit è mari egredientem, & in littus
(79) suum eam suscepit. similiter pag. 126.21. dixit,

ὑγρὰ ποδῶν ἐπίβαθρα.

Cæterum Plinius quoque hanc Anadyomenen appellat, & victam Græcis versibus ait, qui profecto extant omnium elegantissimi in Anthologia.

(698) 1060. 9. φοίβην] legerim,

——— εἶχε δὲ φορβῆς
ἵμερον αὐτοδίδακτον.

apperiit, inquit, infans nutrimentum sponte sua, nullo monente. valdè hoc apposité ad cætera, quæ dixit. est autem venustas gemina cum illo Homerico,

οὐ γάρ τι στυγερῇ ἐπὶ γαστέρι κύντερον ἄλλο
ἔπλετο, ἥ τ' ἐκέλευσεν ἕο μνήσασθαι ἀνάγκη.

(702) 1066. 25. legend. —— ἔκρυπτον ὁμήγυριν &c. neque jam opus erit transpositione, quam incomparabiles viri indicarunt.

(740) 1070. 1. ἔπαστε] eruditissimi viri sollicitarunt,

quæ

quæ genuina erant.de textura enim loquitur,& ſic quoque apud Homerum mulier quædã in peplo
———πολέας ἐνέπασσεν ἀέθλους
τρώων ἱπποδάμων.

In librum quadrageſimum ſecundum Dionyſiacorum.

178. 28. ἐυφροσύνην βιότοιο, καὶ οἴνοπα βότρυν ὀπώρης] vix eſt ut ſe hîc erroris ſuſpicione evolvere poſſit.neque tamen, ſi cauſam quis quærat, ulla in promptu eſt.tantùm hoc dici poteſt,aures eruditas aliud requirere. Apud Homerum eſt, (710)
———διώνυσον σεμέλη τέκε χάρμα βροτοῖσι.
poterat quoque inverſo ordine dixiſſe,
χάρμα βίου διόνυσον ἐγείνατο.
rectè ſanè, quia ſine copula. at hanc ſi addas, jam illud ineptiſſimum erit,
χάρμα βίου,καὶ βάκχον ἐγείνατο.
ſimiliter in illo quoque dicto nihil culpandum fuerit,
ἐυφροσύνην βιότου λαθικηδέα βότρυν ὀπώρης.
at alterum illud,quod ſcriptum reliquit noſter,vitioſum eſt.non enim diſjungere utrumque voluit, ſed idem dicẽdi genus, quod Homerus olim,etiam nunc ſequutus eſt.

1092. 16. οἰστρηθεὶς ἀγέληθεν, ὃν εὐπετάλῳ παρὰ λόχμῃ (719)
ἀφροδίτης,ὀλίγῳ δὲ δέμας βεβολημένος ἰῷ] ſunt loco ſuo & ordine mota omnia, quod jam alibi ſæpe factum fuit. nobis ita eſſe tranſponenda videntur,

ὡς δ᾽ ὅτε βοῦς ἀκίχητος ἔσω παλαμαῶνος ὁδεύων
Transp. ἐσμὸν ὀρεσσινόμων παρεμέτρεεν ἤθαδα ταύρων
οἰστρηθεὶς ἀγέληθεν, ὃν εὐπετάλῳ παρὰ λόχμῃ
βουτύπος ὀξυόεντι μύωψ ἐχαράξατο κέντρῳ
ἀπροϊδὴς, ὀλίγῳ δὲ δέμας βεβολημένος οἴστρῳ
τηλίκος ἐστυφέλικτο.

ex pũctione tã parvi aculei, inquit, tãtus fuit dolor. ſic ſuaviſſimus κηριοκλέπτης apud Theocritum, & Battus ille apud eundẽ rei hujus miraculũ augent.

(726) 1104. 1. ridiculè deſtituit Dionyſium declamantẽ,
σοὶ ῥόδα δῶρα φέροιμι; ῥοδώπιδές εἰσι παρειαί.
non debuit minutæ quęſtionis conciſa ſolutione finiri tam longa & diſerta oratio. non enim nunc diſputat, neque torquet aculeata ſophiſmata, ſed facundiam ſuam oſtentat.

(728) 1106. 19. δέχνυσο καὶ γενετῆρα] quid hoc ſit, non eſt in promptu divinare. puto veram eſſe lectionem,
πρωτέα σοὶ καὶ γλαῦκον ὑποδρηστῆρα τελέσσω.
δέχνυσο καὶ νηρῆα, καὶ ἢν ἐθέλῃς, μελικέρτην.

(731) 1110. 26. nihil cauſæ eſt cur hæc cũ ill. viro trãſiicere velis, ſi leviter modò mutetur, μυκώμενος αὐλῷ.

(733) 1112. 23. καὶ χθονίου] neque hic opus fuit tranſpoſitione. integra enim ſunt.

(ibid.) ibid. 25. ποσιδήϊον ἅρμα γεραίρων
θυάδες ἐῤῥώοντο] hæc ejuſmodi ſunt, ut lacunam potius & hiatum, quam mendum eſſe viri ſummi putaverint, videor tamen integra & aperta feciſſe,
καί τινα βοσκομένην μελανόχροον ἐγγύθι πόντου
εἰς βοέην ἀγέλην ποσιδήϊον ἅλματι ταρσῶν
θυάδες ἐῤῥώοντο.

(734) 1114. 29. νηρῆος] niſi hoc mutetur, reliqua, quæ ſubjiciuntur, hiulca erunt, & mutila, præſtiterit igitur,

καὶ

καὶ πλοκάμους πρωτῆος ἀήθεϊ δήσατε κισσῷ.

1118. 33. eſt acumen ineptum, & futile ſophiſ- (737)
ma. initio dixerat,

ἀιδόμενος διόνυσε κορύσσομαι, ὅττι τριαίνης
ἤειρας αἰχμητῆρι.

nunc reprehendit ipſe ſe, & mirum hoc eſſe negat,

οὐκ ἄγαμαί ποτε τοῦτο, κερασφόρε. μητροφόνου γὰρ
ἐκ πυρὸς ἐβλάστησας, ὅθεν πυρὸς ἄξια ῥέζεις.

major vis argutationis ſophiſticæ ferme his frivolis continetur.

1120. 15. ὀρχηθμὸν θανάτοιο] egregiè. ſic Lucianus (738)
de aſino, quem de præcipitio dejiciebant, ὁ δὲ ἀπῄει κάτω, inquit, τὸν θάνατον ὀρχούμενος. at alibi nimis deturpavit hanc venuſtatem: ut ſolet, quoties licéter luxúriat, & lenocinia ſua, ac fucos expromit.

1126. 17. —— ἀνέδραμεν ἄστατος ἰνῷ (742)

λευκὸν ἐρευγομένη μανιώδεος ἀφρὸν ὑπήνης.] incredibilis imperitia. quaſi verò mulierum ſit ὑπήνη, & non juvenum potius ac virorum. eſt enim quaſi ὕφαντις quædam, ſive textura crinium. & Ionum hoc proprium eſt, qui adflatum in his non amant. certè quidem ſecundum Ariſtotelem aliæ ſunt τρίχες συγγενικαὶ, hoc eſt, congenitæ, ut ὀφρῦς, & βλεφαρίδες, aliæ verò ὑστερογενεῖς, ut ὑπήνη & ἥβη. quare non pertinet hoc niſi ad alterum ſexum.

1126. 19. θαλασσαίης ἐπεμάστιε νῶτα λεαίνης] re- (742)
ctum eſt, & mendo vacat. ſummi viri, φαλαίνης. ſed tunc fuerit falſus modulus.

1132. 19. δουλοσύνην νηρῆος μετὰ φώκοιο, nimis de- (746)
pravatè. & interjectis quibuſdam,

—— ἔπι πότμον ἀχιλλέι, πηλέϊ, πύῤῥῳ,
ἡρωσὶν, πόσιν, υἷα μιῇ στενάχουσαν ἀνίῃ.

ſunt miſerè lacera, & vulſa, neque quid velit, ſatis

in aperto est. arbitror tamen ita esse restituenda;

——— μηδὲ νοήσω
δουλοσύνην νηροῦ ἐπὶ γλαύκοιο τελευτῇ.
μὴ δ' ἔτι αἰολόδακρυς ὑποδρήσσειε λυαίῳ,
δμωΐδα μή μιν ἴδοιμι παρὰ βρομίῳ, χθόνα λυδῶν
ὀψομένην μετὰ πόντον, ἀχιλλέα πηλέα πύῤῥον
ἡμῶν δ' ὃν πόσιν ἧα μιῇ σεναχοῦσαν ἀνίῃ.

(748) 1136. 20. ἄβροχον ἠελίοιο λέχος πληνίδος αὔρης] hoc ait, quia sub patula & umbrosa arbore jacuit, quæ solis æstum facile ab ejus corpore defendebat. Quod igitur cum salute nostra sit, audimus ignota mysteria. nam ἄβροχον ἡλίου in posterū erit, quod sole non lustratur, neque æstu ejus uritur. atqui ante credidimus solis radiis non magis rigari hæc inferiora, quàm pluviis arefieri. multum debemus Ægyptiorum industriæ.

In librum quadragesimum quartum Dionysiacorum.

(752) 1142. 8. ἀγροτέρη δὲ λέαινα καταΐσσουσα προσώπου πρυμνόθεν ἔσπασε χεῖρα] in faciem, inquit, ei irruit, & manum radicitus evulsit. est ridiculū schema παρ' ὑπόνοιαν. nihil enim tale expectasses. potius enim dicere debuit,

πρυμνόθεν ἔσπασε ῥῖνα,

aut si quid huic simile est.

(756) 1148. 11. ψεύσομαι, ὡς διόνυσος, ἐμὸν γένος] integra sunt, & frustra mutarunt viri summi. possem & ego, inquit, claros quosdam majores meos falsò & ad fastum comminisci, sicut Dionysius, &c.

ibid.

ibid. 25. ἀριϛαίοιο γυναῖκα (ibid.)
αὐτονόην] mutavit hoc vir ſummus: ſed ſine ulla cauſa. rectum quippe eſt.

ibid. 33. καὶ οὐκ ἐψεύσατο νύμφη] diverſum eſt & con- (ibid.) trarium huic, quod in mente habuit. ex ductu & ſerie apparet ſcribendum,

οὐ νόθον εἶδος ἔδεκτο, καθὼς ἐψεύσατο φήμη,
οὐ κύνας ἀγρευτῆρας ἑοῖς ἐνόησε φονῆας.

& hoc quoque dixit pag. 162. 5. (102)

In librum quadrageſimum quintum Dionyſiacorum.

1160. 6. καὶ δροσόεις κελάδησεν ἁλὸς κτύπος] ut hęc (764) video, non licebit nobis tandem aliquem finem ſperare ineptiarũ. Multis modis hæc reprehendenda ſunt. primò enim qui marinas undas δρόσον appellet, nihilo pudẽtius fecerit, quàm qui roris guttulas dixerit fluctus eſſe quoſdam. deinde quomodo maris erit δροσόεις κτύπος, niſi aliquis quoque ſit ſonitus τῆς δρόσου, ſive roris? ineptè enim ad aliud traduxeris, quæ nec huic quidem conveniunt, à quò ſumpſiſſe ea videris. atqui roris nullus eſt ſtrepitus, quia leniter & lete cadit. ſonus autem ut efficiatur, neceſſe eſt ſimul & celeriter, & vi quadam verberari aërem. rectè enim ait Ariſtoteles, ὅταν κωλυθῇ θρύπτεσθαι ὁ ἀὴρ, ἡ τούτου κίνησις ψόφος ἐστίν. deinde cum dicat divinus ille philoſophus τὸν ψόφον ἀεί τινος πρός τι, καὶ ἔν τινι εἶναι, quodcunque ex his tribus conſideres, fruſtra eris, neque quidquam horum aptum ad hanc rem videbitur.

(764) 1160.9. αὐλὸς ὅτε τρηλοῖσι πόροις ἰάχησε κεράστης] neque hic nobis animam recipere licet. iterum ruspandæ quisquiliæ sunt. dixit pag. 1294.8.

——ἐυκεράων θρόον αὐλῶν.

innuebat quippe ex cornibus confectas fuisse tibias. nunc idem quoque ait, sed paulo aliter, αὐλὸς κεράστης, id est, ὁ κεράτινος, sive corneus, ut ipse putat. quæ sanè immanis est ignorantia. κεράσαι enim sunt, quibus cornua in fronte surgunt. & quæ igitur nugacitas erit hæc, tibiæ ex cornu erant, ergo cornua habebant: cur non vice versa quoque dixeris, hirci sunt cornuti, ergo cornei? libet clamare, δός μοι λεκάνην. non potest enim hoc sine nausea audiri.

(764) 1160.16. πλοκάμων ῥίψασα χιτῶνα] hoc cur maluerit, quam

ῥίψασα καλύπτρην,

nondum rationem inire potui: nisi fortasse quia vile & tritum videbatur cum aliis sapere. certe χιτῶν non est crinium, sicut καλύπτρη, sed reliqui corporis.

(766) 1162.25. ἀλλ' ἐρέεις, γλαυκῶπις &c.] hoc ipse sibi objicit, sed ex persona incerti cujusdam. estque argumentum ridiculè contortum, neque quidquã ad rem facit. Deinde subitò omissã hac objectione ad Dionysium, quem ante allocutus non erat, miro schemate & inepta transitione orationem tribus verbis convertit,

αἰγίδα καὶ σὺ τίταινε, τεῦ κρονίδαο τοκῆος.

nimirum scivit eleganter & acutè à Græcis dicendi magistris traditum esse, qua ratione possit aliquis ἐμπαθῶς τὸ πολυπρόσωπον καὶ ἀγχίστροφον παρασῆσαι. tale enim est illud Odyss. 111 1.

μὴ μνηστεύσαντες, μηδ᾽ ἄλλοθ᾽ ὁμιλήσαντες
ὕστατα καὶ πύματα νῦν ἐνθάδε δειπνήσειαν.
οἱ θάμ᾽ ἀγειρόμενοι βίοτον καταχείρετε πολλὸν
κτῆσιν τηλεμάχοιο.

horum præcepta imitari voluit. ſed fuit intempeſtiva κακοζηλία, & inepta. quod mecum fatebitur, quiſquis totum locum inſpexerit. nam me piget omnia huc congerere.

1174. 22. δαιτρεύσατο ταύρων ῥινοτόρῳ] non procedit. aio legendum eſſe, (774)

ὧν ἡ μὲν βοέην ἀγέλην δαιτρεύσατο θύρσῳ
ῥινοτόρῳ.

hæc arma illis fuêre, quibus rem gerebant. poſt enim addit,

——— ἑτέρη δὲ κορύμβῳ.

1176. 6. μετοχλισθέντα τεκούσης τέκνα] de catulis leonum, quos matri ereptum ibant. nimiæ operæ eſt μετόχλισις. ſatis erat dicere μετοχμασθέντα. (774)

ibid. 28. χείλεσιν ἀφροκόμοισιν] peregrinè, & licenter. dicendum erat, (775)

——— ἐβακχεύοντο γυναῖκες
χείλεσιν ἀφριόωσιν.

hoc enim & ſobrii fuiſſet, & pudentis.

In librum quadrageſimum ſextum Dionyſiacorum.

1180. 12. ὁ ζεὺς &c.] apparet eſſe deſperatum ulcus. ſed paucis tamē mutatis vim argumēti & ſenſum expreſſimus, etſi fortaſſe non etiam germanam ſcriptionem. (777)

εἴρεο δικλαίης κορυθαίολον ἄντρον ἐρίπνης,
ὁ ζεὺς ἠέξητο, καὶ ὐ γλάγος ἔσπασε ῥείης·
εἴρεο καὶ κορύβαντας, ὅπως πέλε κῦρος ἀθύρων,
μαζὸν ἀμαλθείης κυροτρόφον αἰγὸς ἀμέλγων.
εἰ θεὸς ἐσσὶ, γονὴν ἀπομάσσεο καὶ σὺ τοκῆος.

Ill. vir quædam transposuit, sed cum sententiæ detrimento.

(781) 1184. 33. πενθέϊ δῶκεν] pendent omnia, & putavit vir summus lacunam esse. sed nihil deerit, si sic cōstituas,

φάσματα ποικιλόμορφα μεμηνότι πενθέϊ δείξας
φρικτὸν ἐχιονίδην προτέρης μετέθηκε μενοινῆς.

spectra enim quędam oculis ejus objecta sunt, quibus territus fuit, & à proposito destitit.

(786) 1194. 12. est vindice dignus nodus, nequè temere extricari potest. opus est transpositione, quæ statim nobis in mentem venit,

δέρκεο σεῖο λέοντα, τὸν εἰσέτι τυτθὸν ἀείρων
Transp. παιδοκόμῳ κόλπῳ γεγηθότι κάδμος ἀγοστῷ.
δέρκεο σεῖο λέοντα, τὸν ἁρμονίη σέο μήτηρ
πολλάκις ἠέρταζε, καὶ ὤρεγε μαζὸν ἀμέλγειν.

(787) ibid. 19. καλὰ φέρεις] nescio quid hîc desideravit vir summus. certe enim nihil hiulcum video, neque imperfectum.

In librum quadragesimum septimum Dionysiacorum.

(ibid.) ibid. 25. εἴκαθεν ἐς κρίσιν ἧκε] non est lutum his lutulentius. adeo vis omnis & venustas periit: quā tamen sic retrahere licet,

——— κινυρομένη δ' ἀριάδνη

εἴκαθεν

εἴκαθεν, εἰ κρίσις ἦε, φιλομμειδὴς ἀφροδίτη
ἱμερόεν γελόωσα.

ſi judicium, inquit, de utraque ferendum fuiſſet, dixiſſes hanc tam pulcro & amabili vultu eſſe, quũ flebat, quàm Venerem, quum ridebat.

1220. 29. ὕπνος ἐμοὶ] refert jam querelas Ariadnæ: quæ & apud Catullum ſunt. quanquam, ſi verum amamus, fatendum eſt, quæ ille luſit, omnia tam Romana eſſe, quàm quæ noſter, non Græca. In multis verò etiam ſophiſtam agit, & doloris vim deliciis ſuis ac nugis frangit. (804)

οἶδα πόθεν θησῆος ὑπόσχεσιν ἠπεροπῆος
θῆκεν ἔρως βαρύμηνις ἀνήνυτον. ἀντὶ γὰρ ἥρης
παλλάδος ὅρκον ὄμοσσε. τί παλλάδι καὶ κυθερείῃ;

nihil horũ alter: ſed appoſita quædã & magis apta,

Tum jam nulla viro juranti fœmina credat:
Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles.
Qui dum aliquid cupiens animus prægeſtit apiſci,
Nil metuunt jurare, nihil promittere parcunt.
Sed, ſimulac cupidæ mentis ſatiata libido eſt,
Dicta nihil metuêre, nihil perjuria curant.

illa quoque nimis longè accerſita ſunt,

εἰ βορέης πνεύσειεν, ἐς ὠρείθυιαν ἱκάνω.
ἀλλά μοι ὠρείθυια χολώεται, ὅττι καὶ αὐλὴ
αἷμα φέρει μαραθῶνος.

diverſa ſunt, & multò præſtantiora,

Sed quid ego ignaris nequicquam conqueror auris
Externata malo, quæ nullis ſenſibus auctæ,
Nec miſſas audire queunt, nec reddere voces?

Ineptiſſimum quoque eſt hoc, quod ait,

τοῖον ἔχειν ἐθέλω καὶ ἐγὼ μίτον, ὥς κεν ἀλύξω
αἰγαίης ἁλὸς οἶδμα, καὶ εἰς μαραθῶνα περήσω.

non enim, ſicut in labyrintho, ita quoque in mari

opus erat fili ductu. quare nō ſunt paria cum illis,

Prætereo littus: nullo ſola inſula tecto:
Nec patet egreſſus, pelagi cingentibus undis.
Nulla fugæ ratio, nulla eſt ſpes: omnia muta,
Omnia ſunt deſerta: oſtentant omnia lethum.

Deinde frigidum eſt, & malè argutantis,

ἀασάμην ποθέουσα σαόφρονος ἀστὸν ἀθήνης &c.

non enim hac re peccavit. & gravius eſt illud crimen, ac juſtior incuſatio,

——— potius germanum amittere crevi,
Quàm tibi fallaci ſupremo in tempore deeſſe.
Pro quo dilaceranda feris dabor, alitibuſque
Præda, nec injectâ tumulabor mortua terrâ.

Poſtremò illa, quæ divina erant, & acerrima, ne attigit quidem noſter,

Non tamen antè mihi langueſcent lumina morte,
Nec prius à feſſo ſecedent corpore ſenſus,
Quàm juſtam à Divis expoſcam prodita multã.
Quare facta virûm multantes vindice pœna
Eumenides, quibus anguineo redimita capillo,
Frons exſpirantis præportat pectoris iras,
Huc huc adventate.

Ita nihil omiſit, quod optimum nō eſſet: nihil mutavit, quod deterius non fecerit. quæ verò ſecutus eſt, neutiquam potuit ſuperare.

(806) 1224. 11. *αὐτὰ δέ μοι κατέλεξας*] haut ſatis ſignatè, neque ex mente ejus. dolet ſe falſis promiſſis deluſam, quum in patria adhuc eſſet. leg.

οὐ τάδέ μοι κατέλεξας ἐμὸν μίτον εἰσέτι πάλλων,
οὐ τάδέ μοι κατέλεξας.

expreſſit ex parte iſtud Catulli,

At non hæc quondam blandâ promiſſa dediſti
Voce mihi: non hoc miſeram ſperare jubebas:

Sed

Sed connubia læta, ſed optatos hymenæos.

1244.7. οὐ λίνα μοιράων ἐπιπείθεται.] integrum eſt, (ibid.) & fruſtra mutatū viris ſummis. ait enim fata nullis precibus flecti, & omnibus cōſtitutum eſſe, ſemel mori: quod deinde amplius probat.

In librum quadrageſimum octavum Dionyſiacorum.

1248. 13. καὶ χθονίῳ κυθέρειαν ὅτε] hoc mendum (822) penè totum locū obſcuravit, & fecit ut crediderit ill. vir eſſe defectum aliquem. opinor tamen ſic reſtitui poſſe, nihil ut amplius deeſſe videatur. leg.

ὁππότε πορφυρείωνι χαρίσσομαι εἰς γάμον ἥβην,
καὶ χθονίην ναέτειραν ὅτε γλαυκῶπιν ἀείσω
ξυνέτιν ἐγκελάδοιο.

non enim in cœlo deinceps, ſed in terra, & cū terræ alumno vivendum ei eſſe ait.

1250. 29. ἐπεὶ πεφύλακτο κεραυνῷ] hoc ill. vir mēdoſum eſſe cenſuit, cūm tamē rectum ſit. ait enim (824) non fuiſſe eum tunc minutis iſtis facibus uſtulatum, quia ad majus malum reſervabatur. quippe in fatis erat, ut poſtea fulmine percuteretur.

1254. 14. καὶ χρόα πιαλέῳ πεπαλαγμένον εἶχεν ἐλαίῳ] (826) eſt hoc contra Rhetorum ſanctiones. non vituperat enim, ſed auget rem, & commendat ejus ἀθλητικὴν ἕξιν. quare debuit, quod Ariſtoteles præcipit, à præſtantiori ſpecie ejuſdem generis aliquid deſumere, quod huc traheret. ſed de iſto errore diximus ad pag. 116. 5.

1268. 23. ἐγὼ σέο μᾶλλον ἀείρω] elegantiſſimū erit, (836)

ἰλήκοι

ἰλήκοι τεὸν εἶδος· ἐγὼ σέο κάλλος ἀρείων.
est hellenismus. sine contumelia, inquit, hoc dixerim; ego longè te pulcritudine antecello.

(837) 1270. 12. γρὺψ πτερόεις] scitum vetus est, Ægyptios semper in allegoriis hærere. quod quo minus verum sit, per hunc non stabit. totus enim in his est. Hieroglyphici adjungunt Nemesi gryphum, qui quatuor pedibus est. quod mysterium noster explicat, & de totidem mundi regionibus nescio quid subtiliter commentus est, quas illa perambulat, ut omniū scelera ulciscatur. quod igitur aliorum industriæ relinqui debuit, hoc ipse præoccupat, & interpretis fungitur munere. adeò speravit fungos fore & matulas posteros suos.

(838) 1272. 23. —— νόθον εἶδος ἀμειψαμένη πόρε ποινὴν ταντάλις αἰνοτόκεια] aut pueriliтas insignis hæc est, aut, quod ego in propinqua parte puerilitatis puto, imperitia idiotismi. Græci dicunt, ποινὴν δοῦναι. sicut Romani, dare pœnam. utrumque rectum est, & in tam frequenti omnium usu, ut citare loca sit vel ostentatio quædam, vel superstitio. noster, quia hæc cognata esse existimabat, similitudine utriusque deceptus est. ait enim πορεῖν ποινήν. quod mendosum est & ὑποσόλοικον. sicut neque Latini ferant, largiri pœnam, aut suppeditare. non difficulter hæc discernet quisquis in penitiorem Hellenismi opulentiam penetravit.

(840) 1274. 22. de hoc benè qui conjiciet, vatem hunc perhibebo optimum. nam Falkenburgus quidem non rectè divinavit. vide tamen an sic magis apte,

——— ὑψινόου δὲ
αὐχένα ποινάιη ὀφιώδεϊ τύψεν ἱμάσθλῃ.

flagello

flagello enim ſuo pœnas abs quovis exigit Adraſtea.

1276. 22. ὅττί με φεύγων] planè alienum eſt à re, & à ſententia. legendum autumo, (841)

ὄλβιε πὰν βρομίοιο πολὺ πλέον, ὅττι ματεύων
φάρμακον εὗρες ἔρωτος.

1282. 15. ἠπεροπῆος εἴδεϊ κωφῷ] deceptus fuit, non decepit. quare ἠπεροπεὺς non erat. deinde quæ eſt illa forma κωφὴ? de temeritate enim potius loquitur. ſunt & pluſcula alia inemendata. equidem reſtituerim totum locum, (845)

ὃς πάρος ἡβητῆρος ἐΰχροος ἤθεϊ κουφῷ &c.

ibid. 23. κεῖθι διαψαύουσα] non eſt defectus, ut putat ill. vir, ſed potius mendum. quod ſic ſuſtulerim, (ibid.)

ἦλθε δὲ διφάουσα διὸς χύσιν, εἴ τινα πηγὴν,
ἢ ῥόον ἀθρήσειεν ὀρεσσιχύτου ποταμοῖο.

ibid. 20. ἀμεργομένη πτερὸν ὕπνου] tanta fuit in eo quidvis variandi libido, ut non ſenſerit ſe ineptire. præſtantiſſimi antiquorum rectè, ὕπνον ἀμέργειν. at ubi tertium quid, & diverſum accedit, jam mutant hoc. neque enim dixit Homerus ὕπνου δῶρον ἀμέργειν, ſed ἑλέσθαι. & tamen multo tolerabilius illud fuiſſet, quàm hoc, quod noſter nunc attulit. nihil quippe eſt, quod alis commune ſit cum floribus. quod igitur ex Ariſtotelis mente toties monuimus, ſpectandum hîc fuit τὸ κατ' ἀναλογίαν. (ibid.)

1290. 25. γυνὴ δ' ἐπεμαίνετο φόρτῳ] hoc eſt, indignabatur ſe uterum ferre. neſcio quam recte. apud Callimachum eſt hymn. VI. (850)

——— θεὰ δ' ἐπεμαίνετο χώρῳ,
ὅσσον ἐλευσῖνι, τειόπῳ θ' ὅσον.

impotenter eam amaſſe Dotium ait, & quaſi deperiiſſe. Pari modo cæteri quoque. noſter hoc ad vehemen-

hementiſſimam iram retulit. ſed magis tamen in-
(833) ſolens fuit pag. 1264.15.

κύρη δ' ἐγρομένη πιυτόφρονι μαίνετο δάφνη.

quaſi diceret, ſuccenſuiſſe eam arbori, ſub qua vitium ſibi oblatum ſciebat. valde præter uſum, & omnium conſuetudinem.

FINIS.

AMICE LECTOR,

Typographi errata recenſere non vacabat nobis. ſi qua ſunt, tute ea per te tolles. illud tamen inſigne mendum eſt, quod correctoris oculos fugit. malè enim pag. 50. poſitum eſt ם clauſum, quũ nemo mediocriter Hebraïcè doctus ignoret ſcribendum eſſe מקצוע דרומי מערבי*. Cæterum pag. 120. quod reſtituimus,*

θεσσαλίδος δολόεντα παρὰ γραὸς ἄνθεα γαίης,

fortaſſe inſolens videri poſſit, niſi Nonnus ſæpe etiam in his ſperneret quę uſitata & cõmunia ſunt. illud enim lib. XIIII.

ποσσὶ βάτυς πατέουσα καὶ ὀξυέθειρας ἀκάνθας,

nemo imitabitur, niſi cui propoſitum ſit licenter *δωρίζειν*. ſic lib. XLVIII. ait,

——— *βαρυώδινα κέντρα λοχείης.*

& lib. XLV.

καὶ δόμος ἀστυφέλικτος ἀνεβρομέεσκε θορύβῳ.

omninò non eſt ut cæteris hoc probet, qui leges has religioſè obſervant.

DANIELIS HEINSII DISSERTATIO.

Daniel Heinsius Petro Cunæo suo. S. D.



ERuditiſſime Cunæe, ſumma cũ voluptate audivi notas tuas, quæ in Nõni Dionyſiaca ſummo judicio à te ſunt ſcriptæ, tandem ad finem ab operis perductas eſſe. & quandoquidem noſtram de auctore illo ſententiam tanti putaſti eſſe, ut jam eam aliquoties,& quidem ſerio, flagitatis: nolui negare tibi illud. eò magis, quod eodem ferè modo ſentiamus: & quæ nobis videntur, ea jam a te ſint dicta. morem ergo geremus, non tam quaſi aliquid indictum tibi dicturi eſſemus: quam ut noſtrum quoque hic conſenſum omnes agnoſcant. Equidem meminiſſe adhuc juvat, quo nos olim ardore, quo ſtudio animi & impetu in auctore illo verſari ſolebamus. Ante undecim enim annos, cum in hanc primum urbem veniſſemus, & pleroſque Græcos poëtas diligenter percurriſſemus, unus ille ad plenam, quã ex iſto genere ſcriptorum hauriebamus, voluptatem deeſſe videbatur. Quare inventum vix tandem & cupidiſſimè arreptum non prius depoſui, quam ad finem uſque perlegiſſem,

gissem. Neque hoc contentus, qui ætatis istius feruor esse solet, criticum acumen exercebam & beatus mihi oppido videbar, si post Falckenburgium, hominem supra quam vulgus existimat doctorum, in Græcorum poëtarū lectione versatum, emendatiunculas aliquot aut probabiles conjecturas invenirem: quibus non aliter me oblectabam, ac si filiam unicam præclare dotatam domi servassem, quæ eximiæ indolis marito destinata esset. Neque minus ipsum scriptorem admirabar, & illius laudes præco immodicus ubique diffundebam. Quod in ista ętate ferri eo magis poterat, quod & Angelum Politianum & M. Antonium Muretum, huius judicij mei sive auctores sive suffragatores haberem. Quorum alter mirificum, alter eruditū & grandiloquum poëtam Nonnum vocavit; uterque talem est confessus, quales pauci è veteribus ad ętatē hanc pervenerunt. Hunc sive ardorem meum sive intemperantiam primus sufflaminavit vir illustris *Iosephus Scaliger*: qui ut erat cælesti & plane admirando in his studijs judicio, primus nos per litteras monuit, quanti esset auctor iste faciendus. Nam & plurima non secus ac scopulos vitanda esse, neque quicquam facilius sibi fore, si per occupationes liceret, quam immane volumen eorum quę notasset, & a quibus esset abstinēdum, in illius scripta dare. cuius ἄκυρα in verbis, tumor in sen-

in ſententijs & διάγμα ſine fine & modo eſſet. Multa tamen eſſe, quæ vel vnus nos doceret, neque diligenti lectione eſſe indignum: & vel ſola antiquitatis cauſa, aliquo eſſe loco inter bonos auctores habendum. Qua divini ſenis admonitione, nondum ita calor ille τοῦ Νοννίζειν, quoties Græce aliquid ludebam, refrixerat, ut non ſæpe verſus ad exemplum illius facerem, & quæ animo conceperam, ita exprimerem, ut niſi me aut amor noſtri aut memoria fallit, illa ipſa παρεμβάλλειν, neque parum erudito Lectori imponere potuiſſem. Paulatim verò, poſtquam cum ætate acceſſit judicium, & in aliorum ſcriptorum lectione melius ingenium ſubegi, cœpi mecum paulatim ac cum ratione in gratiam redire: & poſt illum Bacchicum furorem ἀνανήφειν. Et quanquam omnibus veteribus tantum deberi exiſtimē, ut in miſero & infeliciſſimo hoc ævo, quo illorum ſcripta pleraque deſideramus, ſi quę Deus ſupereſſe voluit, ſtudioſe potius & cum gaudio amplecti, ut ex iis proficiamus, quam gloriolæ cujuſdam præpoſteræ cauſa nævos quoſdam & minutulas in illis incurias ventilare debeamus, nihil tamen magis generoſum, nihil erudito homine dignum æque exiſtimo, quam in ipſa antiquitate cum judicio verſari, & quod paucis eſt datum, formas orationis excutere: ita ut vitia ac virtutes commode inter ſe diſtinguas.

M Quæ

Quæ felicis naturæ & exactæ eruditionis vera est consummatio. Quippe cum sermo ita cum animo & oratione cohæreat, ut ne verbo quidem apud Græcos distinguatur, necesse est de homine judicet, qui de eius sermone judicium se ferre postulet. Adde quod non hominum modo, sed & sæculi totius jndicium est oratio. quæ cũ tempore ipso variare solet. Vnde jam quidã pro dicendi ratione ipsa distinxerunt sæcula. Quare qui Homeri ac Nonni inter se contendet characterem, nõ minorem, quam annorum, qui sunt plurimi, ut nosti, intercapedinem inveniet. Quo profecto magis admirari virum præstantissimũ Gerardũ Falkenburgium sæpe lubuit, qui poëma utriúsque, argumento ac inscriptione potius, quã elegantia aut virtutibus differre putat. Nam quis illa patienter legat, cũ utrunq; ita inter sese componit, ut nil quicquã in Homero eximium occurrere accurato lectori existimet, cujus non expressa in Nonno existant vestigia? Et quod plus est, amisso (quod ne Musę siverint) utroque Homeri poëmate, quicquid admirabile in iis aut præclarum invenitur, e Bacchicis Nonni peti ac eodẽ haberi loco posse & deberi affirmet. Quod profecto quanquam non cum veritate modo, sed & cum communi sensu pugnare mihi videatur, non potui tamen quin animo meo morem gererem: & licet plurimi sint anni, cum

cum vix Nonni ſcripta inſpexerim, tamen quæ in manum primo venirent, Homeri cauſa lubuit excutere. ſimul ut quę dicta à te & notata eſſe ſcimus, potius judicio, quam livore aut morbo animi ſcripta eſſe oſtenderemus; ſæculo hoc quam imperito, tam virtuti alienæ & gloriæ infeſto. Quare, quemadmodum anatomici ſolent, omnia prius membra quam ſingula conſiderare, & a corpore initium ſumere, ut in partibus deſinant: ita nos totius primo operis delineationem & τὴν οἰκονομίαν, videamus. Video heroicos poëtas, & qui juſtum actionum illuſtrium ſunt amplexi argumentū, duplicem fere in ordinatione ſubjecti ſecutos eſſe rationē. Alii enim breviſſimam prolixiſſimi operis periodum fecerunt: ut in epiſodiis potiſſimum ars eluceret: quod magnorum poëtarum eſt. Nam cum, teſte Ariſtotele, hiſtorici ſit ſcribere quæ geſta ſunt, poetę qualia eſſe aut geri oportet; epiſodia, quæ non ſunt de eſſentia argumenti, ſed ornatus ab ingenio poetæ additus, & ſubjecti extenſio, præcipuū poetæ ſunt munus. ſi ſint talia preſertim, ut & ſecum ipſa, & cum argumento neceſſario cohæreant. Talis poematis unicum artificem Homerum ſtatuit Ariſtoteles. Nam exempli gratia, ſi Iliadem videas; ab Achillis ira incepit. quam octodecim libris mira arte continuavit. Reliquis ſex, redit in prœlium Achilles, Hecto-

rem interficit, & mox patri reddit. Vides breviſſimam periodum, quam tot epiſodiis produxit. Omnia enim Achillis, quæ pręceſſerūt Hectoris mortem, & quæ ſunt ſecuta, ut puta infinita & non generis unius, prætermiſit. Nam ut eſt divinitus a ſummo magiſtro notatum, multæ ſunt unius actiones, quę non ſunt unæ. Neque neceſſario altera poſita, alteram poni eſt neceſſe. Vnde illa præclara. Μῦθος δ' ἐστὶν εἷς οὐχ' ὥσπερ τινὲς οἴονται ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ. πολλὰ γὰρ καὶ ἄπειρα τῷ γε ἑνὶ συμβαίνει, ἐξ ὧν ἐνίων οὐδέν ἐστιν ἕν. οὕτω δὲ καὶ πράξεις ἑνὸς πολλαί εἰσιν ἐξ ὧν οὐδεμία γίνεται πρᾶξις. Id eſt, *Fabula autem una eſt, nō, ut quidā arbitrantur, circa unum aliquem ſi verſetur. Multa quippe imo infinita uni eveniunt, e quibus aliquando nihil poteſt unum confici & ſimplex. Ita & unius multæ eſſe actiones poſſunt, quarum nulla una eſt actio.* Sic, exempli gratia, Achillem inter virgines latuiſſe, Deidamiam conſtupraſſe, ab Vlyſſe circumventum, & ita in bellum protractum fuiſſe, Lyrneſſum expugnaſſe, & puellam rapuiſſe, Achillis actiones ſunt; neque unæ tamen, quamquam unius. ſi cum Iliadis pręſertim argumento componantur. Quare? quia inter ſe conjunctæ non cohærent neceſſario & ut a ſe mutuo divelli non poſſint. Poëta autem non ejuſdem tantum hominis, ſed & eaſdem imitari actiones debet, & quam imitatur, totam & perfectam. Ne aut brevior

vior

vior sit quam oportet, aut diffusior, quam ut episodia intexere, & amplificare argumentum artificiose possit. In Iliade ergo Achilles injuria affectus, irascitur: unde Græci male rem gerunt. Græcorum Iupiter misertus, ut Achilles redeat permittit. Hoc ut fieret, Patroclus interficiendus erat. Ita redit, & mutatis vicibus, Hector mactatur. Vides nudum sine veste corpus. Vides partes, ἐπαλλήλους, quarum unam si tollas, tolles omnes. Quippe quod ita cum reliquis cohæret, quemadmodum philosophus inquit, ut sive adsit sive absit, sentiri nō possit, hoc totius esse pars non potest. Quod præclare idem ille in Homero notavit. Διὸ, inquit, ὥσπερ εἴπομεν ἤδη, καὶ ταύτῃ θεσπέσιος ὁ Ὅμηρος φανείη παρὰ τοὺς ἄλλους, τῷ μηδὲ τὸν πόλεμον, καίπερ ἔχοντα ἀρχὴν καὶ τέλος, ἐπιχειρῆσαι ποιεῖν ὅλον (λίαν γὰρ μέγας καὶ οὐκ εὐσύνοπτος ἔμελλεν ἔσεσθαι) ἢ τῷ μεγέθει μετριάζοντα καταπεπλεγμένον τῇ ποικιλίᾳ. Νῦν δὲ ἓν μέρος ἀπολαβὼν, ἐπεισοδίοις κέχρηται αὐτῶν πολλοῖς. Οἷον νεῶν καταλόγῳ καὶ ἄλλοις ἐπεισοδίοις, οἷς διαλαμβάνει τὴν ποίησιν. Laudat Homerum & divinum hac in parte præ reliquis fuisse ait, quod non totum bellum, cum & a principio incipere, & in fine desinere potuisset, prosecutus esset, aut potissimam eius partem (ut hac ratione varietate ipsa detineret lectorem) verum aliquam, quam infinitis episodiis amplificavit,

ficavit. Sic in Odyſſea plura prætermiſit, pauca exornavit. De quo idem Ariſtoteles, *Homerus*, inquit, *ſicut alia, ita & hoc recte advertiſſe videtur, ſive ex arte ſive a natura. Nam cum Odyſſeam fecit, nihil minus quam omnia, quæ heroi illi evenerunt, commemoravit.* Vt, exempli gratia, quomodo in Parnaſſo vulneraretur, quomodo inſaniret cum in expeditionem proficiſcerentur heroes. Quia ex his nihil eſt, quo poſito, alterum quoque ſequi ſit neceſſe: ſed in actione una, aut quæ, quia neceſſario inter ſe cohærent, ſpeciem unius habent, totum opus conſumpſit. Alii poetæ non multorũ, verũ unius actiones ſunt proſecuti, ſed & omnes, & non uniformes, aut eaſdem. Quales qui in Heracleïde omnes Herculis, in Theſeide omnes Theſei deſcripſerunt. Quos in illa parte reprehendit Ariſtoteles, cum inquit. Διὸ πάντες ἐοίκασιν ἁμαρτάνειν, ὅσοι τῶν ποιητῶν Ἡρακληΐδα καὶ Θησηΐδα, καὶ τὰ τοιαῦτα ποιήματα πεποιήκασιν. Οἴονται γὰρ ἐπεὶ εἷς ἦν ὁ Ἡρακλῆς, ἕνα καὶ τὸν μῦθον εἶναι προσήκειν. Quare & eos qui Cyclica & Cypriaca & Troica, qualis fuit parva Ilias, ſcripſerunt, hic excludo: nã & omnes unius, & multorũ omnes, quidam ex illis ſtudio ſunt proſecuti. Quo & optimus poeta Q. Calaber referri poteſt, ſolus poſt Homerũ legi dignus: qui inſcriptione Παραλειπομένων ſeverum declinavit judicium, & diverſam rationem ſibi ipſe præſcripſit. Quæ enim

Hectore

Hectore interfecto a diversis sunt gesta, persequitur: quemadmodum Macer ad iratum Achillem, hoc est, operis Homeri principium, bellum Troianum deduxerat. De cujus œconomia tamen judicare non possumus. Apollonius vero Rhodius, magis de verbis & structura, ut Grammaticus, quã de ipsa periodo & œconomia sollicitus, diversorum actiones, sed unius itineris, neque multũ diversi temporis, descripsit. Quem profecto & subjectum, & inscriptio, & exempla aliorum in eodem subjecto defendunt. Virgilius, cum superiores poetas titulo tenus esset secutus, (nam ut illi Heracleïda & Thebaïda, ita ipse Æneïda fecit) artificium Homericũ vel omnino æquavit, vel, ut laudẽ inventionis divinæ illi concedamus naturæ, proxima fecit. Nam Æneas Carthaginem allabitur, in Italiam venit, Turnũ expugnat. Reliqua omnia, etiam Ilii expugnationẽ, mira ratione κατ' ἐπεισοδικὸν τρόπον intexuit. Nam Achilleis Statii, nõ est justum opus, sed solummodo argumentum eorum quæ bellum Troianum antecesserunt. Poetæ ergo omnes, qui perfectum aliquod & absolutum opus heroicum fecerunt, cum aut uniformes & inter sese cohærentes unius actiones, aut diversas, sed unius tamen viri aut temporis, sint persecuti, Nonnus lõge & ab his & ab illis recessit. Neque enim aut easdem unius, aut unius aliquas, ne-

 que

